Ericius terrenus. Halia. Aui. cap. carnis. carnes ei⁹ assatæ, & cap. ericij salitæ cum oxymelle.
Fœniculus. Serap. ſm Diosc. decoctio summitatum bibita. Mac. radix cum vino.
Filonium. Mes. ij. antido. Nicol. cum mulsa.
Galanga. Auicenna.
Gallus. Mesu. ius eius. Kir. pellis interiorũ vẽtriculi cũ vino potata & siccata trita bibita cum vino, perfecte sanat, & etiam cum sale bibita.
Genestra. Mesue.
Iuiubç. Sera. secundum Isa. Auicenna. vt dicitur.
Khamæpitys. Serap. ſm Diosc. potata. Aui. prohibet dolorem.
Lacca. Colliget.
Lactuca asini. Gal. vj simplicium. Aui. cum aqua cartami.

Laxis

Lapis lazuli. Aui. Serap. secūdum aliquos, potatus.
Lingua arietis. Auicenna.
Liquiritia. Serap. ſm Dioſcoridē, ſuccus eius cum rob.
Meu. Sera. ſm Dioſ. radix eius recens cum aqua ſumpta in cauſa concluſionis humorum in eis.
Nitrum. Plin. vigeſimoprimo, in vaſe aliquo applicatum.
Oleander. Almanſor.

Oleum
- De ſauina. Nicol. vnctum & bibitum.
- Nucū & æthinū. Nic.
- Sambucinū ſecūdum, & de citro. Haliab. in frigido dolore.
- Amygdalarum. Auic. Nicolaus.
- Amararum cum cera.
- De fiſticis.
- De ruta.
- De haſce.
- Vulpinum.
- De pineis.
- De ſtyrace.
- De piperibus.
- Laurinū. Meſ. xij. anti.
- De alſelſelud ſecundū. Auicen. x. quinti.
- Eſqui. Hali. 18. antid.

Paſſulæ. Iſaac. ſine oſſibus.
Pedes. Pli. xxx. agnorū decoctio.
Pæonia. Sera. ſm Dioſ. Aui. quātum auellana ſumptū ex radice.
Mac. vinū decoctionis ſumptū.
Pes columbinus. Colliget.
Petroſelinū. Sera. ſm Dio. Iſaac.
Peucedanū. Sera. ſm Dio. potatū.
Pilulæ Ægyptiorum. Ser. 17. āti.
Pinus maior. Sera. ſm Dioſ. cū ſemie cucumeris, & cū rob ſūptus
Porrū. Pli. xx. cū ptiſana ſumptū.
Pyrethrum. Macer. olei decoctionis inunctio.
Portulaca. Iſa. Auicen. Serap. ſm Dioſ. mordificationi confert.
Puluis ſcorpionum. Aui. vj. tract. ſummę ſecundæ quinti.
Plātago. Sera. ſm Dioſ. radix & folia cum ſapa bibita. Mac. decoctio ſeminis cū vino ſumpta.
Raphanus. Serap. ſm aliquos.
Reubarbarum. Auicen. Serapio ſecundum Dioſcoridem.
Rob. Auicenna.
Sal. Plinius. 31. exterius in ſacculo cum aqua feruenti.
Symphytum. Auicenna.
Siſeleos, Auicen. ſuccus & ſemen bibitum tres anoloſāt cum rob diebus decem.
Sulphur. Plin. 35. exterius cū radice, mire prodeſt.
Scorpio. Albuk. cinis eius cōbuſti pondus granorū. vj. cum ſyrupo de radicibus quādo dolor fuerit cauſa lapidis.
Sparagus. Pli. xx. cū cymino ſumptus. Apul. radix cū vino ſūpta.
Spica. Aui. Serap. ſm Dioſ. celtica cum vino ſumpta. Circ.
Spuma maris. Auicen. Serap. ſm Dioſ. tertia ſpecies eius.
Squilla. Haliabas. cocta.
Squinanthum. Aui. proprie flos.
Stercus. Serapio ſm Gal. columbi cum naſturtio & ſinapi, in frigido antiquo dolore.
Theodoricon magnum. Auic. ij. quinti. Haliab. vij. antido.
Theodoricō nucis muſcatæ. Auicenna. ij. quinti.
Theriaca maior. Auicē. j. quinti. Serapio. 8. antidota.
Trochiſci alkekengi. Aui. 8. qnti.
Viola. Auicen. ſyrupus eius.
Vitulus marinus. Kiran. pili eius in vnguēto, vel in zona circumappoſita.
Vnguētum alabaſtri. Nicolaus. vnctis renibus.
Vnguentum laxatiuum. Nicol. vnctis renibus.
Vrina aſini. Auicen. Serap. ſecundum Dioſ. bibita, vt dicitur.
Vrtica. Serap. ſm Iſaac. ſemen.

Yera
- Hermetis. Meſ. iij. antid.
- Archigenis. Meſ. ibidem. Auic. ij. quinti. Haliab. ſeptimo antidota.
- Meſion. Auicen. vj. tract. ſummæ. ij. quinti. & eſt mirabilis in hoc.
- Logodion. Serap. ix. anti. Haliab. vij. antidota.

Yreos. Meſue.
Yricius. Aui. Haliab. Serapio ſm Dioſ. terreni carnes ſiccæ bibitæ cum ſecaniabin.
Yſſopi cerotū Democriti. Meſue vndecimo antidota.
Zuccarum. Sera. ſm Dioſc. & Ebē Meſ. proprietate confert.

Apoſtematibus renum.

AGARICVM. Meſ. curat apāta renum.
Cinnamomum. Aui. cū oleo, cera, & vitello oui.
Diacurcuma maior. Aui. j. qnti, duriciei renū confert & veſicæ.
Malua. Serapio ſm Eben Meſ. em plaſtrum coctæ cum oleo roſa. renibus & veſicæ.
Pecudis ſordicies ex lana caudæ. Haliabas. in duris.
Petroſelinum. Iſaac.
Polium. Haliabas. flores.

Vlceribus renum.

BVLDAC DE SEminibus. Diuiſiōes anti. de medicinis vrinæ.
Confectio alkekengi. Aui. j. qnti. Sera. 8. anti. renibus & veſicæ.
Confectio tanabatis. Aui. j. qnti. extrahit maculas vlcerum.
Curcubita. Plin. vigeſimo.
Cypreſſus. Plin. 24. folia & radix ſumpta trita.
Kekengi. Sera. ſm Habyx, granū ei⁹ bibitū, renib⁹ valet & veſicę.
Lac. Iſ. ablato ſero. Sera. ſm Dio. coctū cū lapidibus ignitis vſq ad conſumptionē aqueitatis.
Liquiritia. Auicenna. valet cum careno & paſſo.
Lini ſemen. Serapio ſm aliquos. Auicen. renum & veſicæ.
Malua. Aui. flos bibitus & linitus cū oleo, cōfert renib⁹ & veſicę. Myrtinum. Plinius. 23.
Oleū Nenufaris. Nic. clyſterizatum, renibus & veſicæ valet.
Oua. Serap. ſm Dioſ. ſorbilia tepida ſumpta, renibus cōferūt. Pli. 29. vitelli. Auic. vitelli proprie crudi ſumpti, renibus & veſicæ conferunt vlceratis.
Pedes animalium. Iſaac.
Pinus. Sera. ſm Eben Meſ. magnę ex pineis, conferunt ſaniei renū & veſicæ. Aui. fructus eius cum ſemine cucumeris in vino, renū & veſicæ vlceribus conferunt.
Portulaca. Auicenna. renibus & veſicæ confert.
Sapa. Iſaac.

Trochiſci
- Alkekengi. Meſ. 8. antido. Auic. 8. quinti, renibus & veſicæ.
- Diſulidis. Aui. 8. qnti, renibus & veſicæ.
- Aleſtalidis. Ser. 8. ant.
- De papauere. Viati. v. in cura vlcerū renū.

Trochisci aristolochiæ. Thessa/
lus.cap.herbæ piscis.
Vinum.Serap.sumptum cũ oleo
prouocat vomitum.

Nocẽtia renib⁹,et Vesicæ ulceratis.

ACETVM SQVIL
liticum. Plin. 23.
Cicer. Plin. 22. Is. Sera.
ƒz Dio.renib⁹ vlceratis & vesicę
Ficus siccæ. Aui. 18. tertij.
Galbanum. Plinius. 24.
Laser, id est assa. Plin. 22.
Marrubium. Plin. vigesimo.
Ostraca. Plin. trigesimosecundo,
comestæ carnes earum.
Porrum. Serap. ƒm Dios. vltra ma
rinum & nabati. ƒm Eben Mes.
vlceribus renum & vesicæ pro/
prietate nocet.

Lapidi, et Arenulis renũ & uesicæ.

ACETOSA. AVI.
radix cũ vino, frãgit.
Acorus. Pli. vigesimose/
xto, radix potata.
Adrianũ cõfectio. Nicol. cum vi/
no decoctiõis saxifragię, & mi/
lij solis quantum auellana.
Agaricũ. Pli. 26. cũ fœnugręco.
Althæa. Col. Mac. decoctio radi/
cũ sumpta. Aui. proprie semen.
Serap. ƒm Gal. semen, frangit.
Ameos. Ser. ƒm Ebẽ Mes. extrahit
a renibus & vesica postquã fra/
ctus fuerit lapis. Aui. similiter.
Amygdala amara. Al. Is. Pli. 23.
cũ passo. Serap. ƒm Dios. cũ rob
frãgit. Aui. oleũ cũ ireos bibitũ.
& q̃nq; facto emplastro cũ oleo
ros. Hali. folia amygdalarũ fran
gunt in renibus & vesica.
Anisum. Plin. vigesimo.
Anthemis. Plin. 22.
Antidotũ hęmagogũ. Nic. rũpit.
Aper. Plin. 28. vesica eius & etiã
vrina. Hali. Sera. ƒm Dio. ꝓprie/
tate vrina frangit, & extrahit cũ
vrina. Auicen. vrina porci fran/
git in renibus & vesica.
Apium. Pli. xx. montanũ cũ vino.
Serapio ƒm Dios. radix smyrnij
dicti, bibita, curat lapidem. Aui
cenna. montanum frangit.
Abrotanũ. Aui. frãgit in renibus
& vesica. Hali. cum vino bibitũ.
Aqua mellis. Mesue. vj. anti. non
permittit lapidem generari in
vijs vrinæ.
Aqua ciceris. Mes. in cura pleure
sis frãgit lapidem in vijs vrinæ.
Aristolochia. Thes. trochisci ex
succo pomorum eius.
Arpyia auis. Kiran. venter eius
siccus sumptus.
Artemisia. Plin. 26. cum vino.
Gal. vj. simplicium. Macer.
Asinus. Plin. 28. renes sicci cum
vino potati. Auicen. vrina sylue
stris, vt dicit Galenus, frangit.
Asphodelus. Plin. vigesimosecun
do, in vino coctus sumptus.
Bacar. Plin. 21. vinũ decoctiõis.
Balsamus. Al. Col. Halia. frangit.
Circ. iniectum & linitum.
Batheca. Auic. crudum, cõfert in
paruis lapillis, & pręcipue renũ.
Berbena. Macer. Plin. 26. folia &
radix cum mulso. Apuleius. ra/
dix cum mulso.
Bersceguasten, id est capillus al/
gol. Auicen. frangit.
Betonica. Plini⁹. 26. ad calculos
quidẽ vetonicã berbenã & mil/
iefolium ęquis põderibus ex aq̃
pro singulari remedio bibere
suadent. Serap. ƒm Gal. frangit.
Musa. drac. iij. cum aceto squil/
tico, & mellis vnc. j. cum calida
dentur. Macer.
Bdelliũ. Aui. cõfert. Sera. ƒm Gal.
& Dios. frangit bibitũ. Hali. frã/
git in renibus & vesica. Col.
Chalcifraga. Pli. 27. trita vel de/
cocta qui fidem huic promisso
quærunt, affirmant lapillos qui
substernebant rumpi.
Camerina confectio. Haliab. vj.
antidota. frangit.
Chamæleon. Auicẽ. frangit in re/
nibus & vesica.
Chamomilla. Igno. Cir. Hali. frã/
git. Macer. cum vino sumpta. Se
rapio ƒm Dios. facit mingere la
pidem. Auicẽ. facit egredi pro/
prie quæ est purpurea.
Cancer. Plin. trigesimosecundo,
fluuialis cum myrrha.
Capillus Veneris. Col. Serap. ƒm
Gal. frangit. Auic. sĩr. Mes. vsus
decoctionis frangit.
Cardamomũ. Col. Hali. cũ semĩe
cucumeris, & citruli ęqualiter,
bibant ex eo in die drach. ij. vti/
le est lapidi renum.
Carui agreste. Serap. ƒm Dioscori
dem, drach. ij. cum cortice radi/
cum lauri sumptum, frangit.
Caseus. Isaac. antiquus.
Caulis. Aui. cinis radicũ frangit.
Cicada. Plin. trigesimo.
Cicer. Plin. 22. Isa. frangit in re/
nib⁹ & vesica. Col. Gal. j. alimen
torum. Serap. ƒm Gal. decoctio
nigri. Halia. similiter. Aui. deco/
ctio nigri cum oleo amygdala/
rum, raphano, & apio, frangit in
renibus & vesica.
Cyminum. Serap. ƒm Dios. cõfert
in renibus & vesica. Auicẽ. fran/
git proprie syluestre.
Cinis. Pli. 30. testarũ cochlearũ
vel cochlearũ inanium plumarũ
nidi hirundinis scorpionum. Se
rapio ƒm Gal. scorpionum. Aui
cen. radicum caulium.
Cyperus. Al. Col. Serap. ƒm Dios.
& Gal. & Eben Mes. frãgit. Cir/
cainstans. cum oleo tritus inie/
ctus cum siringa, frangit.
Cochleæ. Plin. xxx. coctæ tritæ cũ
testis potatæ cum vino.
Cogolites. Alber. assus & dissolu
tus in aqua, potatus, lapidẽ dissi
pat. Lapidarius similiter in re/
nibus & vesica.
Cõfectio Canabatis. Aui. j. q̃nti.
Condysi. Auic. frangit. Mac. cum
vino. Serap. ƒm Dios. cum opo/
panaco & radice capparis bibi/
tũ, frangit & expellit cũ vrina.
Cordumeni. Auicẽ. cum cortice
radicum lauri, datur darkimi. j.
Coralli. Plin. 32. igne pulueriza/
ti potati cum aqua vel vino.
Cotyledon herba. Plin. 26.
Cotula. Haliab. folia.
Cubebe. Serap. ƒm Dios. folia &
fructus cum vino frangunt. ƒm
Gal. mundificãt renes a lapidi/
bus. Auicenna. extrahit a reni/
bus & vesica.
Cretani. Circ. encathisma ex aq̃
salsa, & oleo decoctiõis eius, vel
embrocatio ex herba cocta pe/
ctini lapidi confert.
Daucus. Plin. 26. cum vino. Cir.
vinum decoctiõis seminis ei⁹,
& saxifragiæ.
Dialacca magna. Mes. j. anti. fran
git in renibus & vesica. Sera. 8.
anti. Hali. vj. anti. calculos mi/
nuit. Aui. j. quinti, frangit.
Diasulphur. Mes. ij. antid. Aui. j.
q̃nti. Sera. 8. anti. frangit in reni
bus & vesica. Hali. vj. antido.
Diapyrethrum. Nicol. frangit.
Diaprasiũ. Nic. ad calculos valet.

Ebenus. Sera.fm aliquos,frangit. Aui.fi.fr. Hal.in renib⁹ & uesica.
Ebulus. Plin. z 6. tener cum folijs & uino potatus. Apul. similiter. Serap. fm Diosc. succus summitatum cum uino potatus.
Echini pisces, Plin. 3 z. quidā ex eis. s. ericius tōsus cū spinis suis potatus cum uino & cū cibo.
Edera. Apul. bacas septem aut. xj. cum aqua tritas sumat.
Electua. Ducis. Nicol. cū decoctione milij solis, uel scolopendriæ. Cabadij. Haly. vj. anti. cōminuit calculos. Heliotropia. Plin. z z. interius sumpta.
Ematites. Lapidarius. bibitus dissoluit lapidem.
Empetros. Plinius. z7.
Ericius marinus. Circ. carnes comestæ cū condito. Plin. 3 z. parum supra dicit echinus.
Esion, id est cressum. Plin. z z. seminis drach. ij. in vino.
Fagus. Plin. z 4. cinis glandis ei⁹.
Fœniculum. Plin. xx. Auic. syluestre pprie frangit. Sera. fm Dio. & Gal. frāgit, & radicis & seminis potus. Cir. radix. Isaac.
Ficus. Gal. ij. alimen. Auicen. lac eius proprie extrahit a' renibus proprie arenam.
Filipendula. Cir. vinū decoctiōis eius, maxime cum saxifragia.
Fimus columbi. Plin. trigesimo, sumptus in faba.
Filonium romanū. Aui. j. quinti.
Fistula pastorum. Auicen. succus frangit auctoritate Galeni.
Flāmula. Circa inst. oleum infusionis eius iniectum.
Gallitrychum. Circ. succus sumptus vitio lapidis confert.
Gallus. Plin. xxx. interior ventris pellicula cū oleo sumpta, frāgit & eijcit per vrinā. Sex. similiter.
Genestra. Mes. frangit lapidem in vesica & renibus.
Georgicus lapis. Alber. cū aqua sumptus, frangit & educit.
Gummæ. Plin. z 4. cū passo sumptæ. Serap. fm Diosc. & Gal. cerasorum & prunorū cum vino, & amygdalis cum rob. Isa. cerasorum & prunorum cum vino. Haliab. gummi pini, prodest lapidi renum & vesicæ.
Gramē. Pli. z 4. semē. Ser. fm Gal. decoctio radicū bibita. Aui. semē & decoctio radicū frangit.
Gryllus. Plinius trigesimo, dissolutus cum calida.
Hydrus. Plin. trigesimo, & trigesimo secundo, iecur bibitum.
Iuniperus. Circa inst. oleum exiliguo eius inijciatur cū siringa.
Iustinum confectio. Nicol. calculosis proprie valet.
Imperialis confectio. Auicenna primo quinti, frangit.
Kescie cōfectio. Sera. 8. antido.
Lactuca asini. Auicen. cap. albugiso, cum aqua cartami.
Lapathium. Pli. xx. radix in vino.
Lapis. Ignotus. Macer similiter. Adamas. Sera. granulum j. & cōglutinatū cōglutino romano in summitate ferri per foramen virgæ impositum in vesicam frangit. Lyncis. Plinius. 37. cum vino potatus. Theocritus. Plin. 37. frangit & expellit. Iudaicus. Col. Serap. fm Gal. fricetur super cote & sumat cū. vnc. iiij. & s. calidæ aq., & nō inueni iuuamentū in lapide vesicæ, sed in lapide renū est multū fortis operationis. fm vero Diosc. quantitas ciceris fricata in cote cū aq sicut fiet dentur ex eo duo anolo sat cū calida, confert renibus & vesicæ. fm Ebē Mes. frāgit lapidem renum. Halia. drach. s. cū vino. Aui. potio. x. anolosat cum calida, extrahit a' renibus. Vesicæ. Sex. incisiōe sublatus cū aceto aut vino cyathus vn⁹ datus, frangit. Aui. frangit in renibus & in vesica, vt dicis. sed Gal. negat. Spongiæ. Plin. 3 6. cum vino. Col. Sera. fm Gal. frangit in renibus & nō in vesica. fm vero Diosc. frangit in vesica cū vino bibitus. Hali. frangit in renibus. Piscis. Plin. 3 z. in capite piscis, vel brāchijs lapis potus præclare medeē, & lapis in cauda scorpij marini in pōdere obo li potatus.
Lapis in hepate apri. Plinius. z 8. cum vino sumptus.
Lapis veterum gallorū, vel palūborum. Pli. xxx. tritus potatus.
Laurus. Plin. z 3. radix. Serap. fm Gal. corticū radi. danich. iiij. & s. cū vino odorifero. fm Diosc. kirat. ix. frangūt. Auicenna. corticum radicum aur. j. grana. ij. conferunt. Colliget.
Lepus. Plin. z 4. renes sicci cū vino potati. Sex. sanguis & pellis tota combusti in latere crudo cochlear vnum in ieiunio detur cū calida maxie frangit & eijcit: si lapidem quencunq; volueris, ponas in hoc cinere cum aqua, statim liquescit. Albuk. cineris eius cōbusti cū corio drach. ij. est mirabile in frangēdo lapidē.
Lithospermon. Plin. z7. drach. j. cum vino.
Lithōtripon. Nic. lapidem in renibus & vesica frangit, & expellit, & præseruat vtentes a' lapide cū vino calido sumptum.
Locustę. Pli. xxx. interius sumptę.
Lumbrici terreni. Sera. fm Diosc. fortiter triti cū rob, frangunt.
Malua. Plin. xx. sumpta. Is. Alman sor. semen maioris.
Matricaria. Sera. fm Gal. & Diosc. herba sine flore bibita, frangit. Aui. cum aqua mellis, frangit.
Medicamen sulphuris. Halia. vj. antidota, frangit.
Melones. Is. Hali. semen.
Milium solis. Al. Cir. Serapio fm Diosc. & Gal. frangit.
Millepeda. Plin. trigesimo.
Myrtus. Plin. z 3. semē syluestris cum vino, aut oleo & aceto.
Mus. Plin. xxx. stercus eius linito ventre. Serap. fm Diosc. cum olibano & aqua mellis, facit mingere. Aui. similiter bibitum.
Nephrocatharticū. Nic. cū apozemate saxifragiæ de renibus & vesica potenter expellit.
Nigella. Auic. cum melle & aqua sumpta, renibus & vesicę.
Oleū. Amygdalarū. Aui. est bonum lapidi. Sera. amararum. Nicol. similiter. Benedictum. Nicol. De granis citri, & citrangulorum. Mes. xij. anti.

expellit lapidem renum & vesicæ.
De cerasis. Mes.ibidem. iuuat expellere.
De piperibus. Mes.ibidē, Oleū frangit lapidem.
De scorpionibus. Mes.ibidem frangit, & expellit a renibus.
Alkekengi. Aui.x.quinti.
De sauina. Nicol.inūctū bibitum, vel iniectum.
Oliuæ. Plin. z 3.recentes.
Omorusia confectio. Aui.j.qnti.
Ossifraga auis. Pli.xxx.vēter sicc⁹
Ouum. Plini⁹.z 9.vitellus durus cum modico croco.
Passeres. Col.carnes sumptæ.
Pecten piscis. Plin. 3 z.
Pæonia. Plin. z 7.semen. Macer. cum vino decoctio.
Pepones. Gal.ij.Haliab. arenosis renibus conferunt.
Petræleum. Cir.summū remediū lapis lyncis bulliat in petræleo, & colatura iniiciatur per siringā prius embrocata virga cum decoctione maluę, lapidem etiā confirmatum frangit.
Pilulæ mesiriche. Sera. 17.anti.
Pinus. Isa.pineæ. Serap.fm Eben Mes.magnæ pineæ, renibus & vesicæ. Auicen.similiter.
Polytrichum. Plin. z z.
Polium montanum. Serap. prima parte simplicium.
Polymonia. Pli. z 6.cum vino.
Porrum. Haliab. semen.
Pulegium. Plin.xx.cum vino sumptum. Apul.contritū cum vino ieiunus bibat, continuoq; in lolio descēdat, calculum expellit.
Pulmo marinus. Plin. trigesimosecundo coctus in aqua.
Puluis leporis & puluis scorpiōis. Aui.vj.tract. summæ.ij.quinti.
Plantago. Plin. z 6, radix & folia cum agarico.
Radix. Isaac.
Raphanus. Plin.xx. Serap.fm aliquos, succus foliorum frangit.
Rubus. Plin. z 4.decoctio in vino pręsentaneū est. Serapio fm Gal.radix frangit. Auicē.ipse & flos frangit lapidem subtilem.
Saxifraga. Apul. trita cum vino bibita. Aui.j.parte.ij.cāp. Circ. in ouo sorbili.
Sauina. Auicen. species eius dindar frangit.
Senecion. Plin. z 5. Sera.fm Dios. & Gal.comesta cruda & cocta, frangit & emittit per vrinam. Auicenna similiter.
Sepia piscis. Aui.oua eius.
Serapinum. Sera.fm aliquos, dissoluit lapidē. Aui.extrahit. Hal. minuit in renibus & vesica.
Serpyllum. Hali.frangit. Sera.fm Dios.semen spēi eius sisnabariō dicta, bibitum cum vino.
Sinapis. Pli.xx.sūpta. Mac.semē.
Syrupus maior. Nic.frangit.
Sisymbrium. Pli.xx. Aui.cū vino extrahit. Igno.semē cum vino.
Scolopendria. Col. Hali.cocta in vino frangit. Aui.in renibus & vesica. Igno.vinum decoctiōis.
Scorpio. Plin.xxx.cinis eius. Sera. fm Gal. cinis adusti confert in renibus & vesica. Aui.similiter. cinis & oleum frangitur in renibus & vesica, vncto pectine. Haliab.cinis bibitus. K ir. assat⁹ & comest⁹, lapidosos facit sine dolore mingere. Albuk. cinis eius grana sex cū syrupo radicū, frangit lapidem in renibus.
Scorpio marinus. Plin. 3 z. necatus in vino.
Sparagus. Pli.xx.semē cum vino sumptū. Ser.j.parte simpl.radix.
Squinanthum. Serap.fm Diosc. Auicen. decoctionis instillati, aut vaporatio frangit.
Struthium. Macer.radix cū vino sumpta. Igno.eum radice panacis & capparis, & aqua mulsa.
Theodoricon magnū. Hali.vj.antido.in renibus & vesica.
Theriaca maior. Aui.j.qnti. Nic.
Turtur. Pli.xxx.ius decoctiōis fimus etiā coctus cum mulso.
Tribulus. Plin. z z. Sera.fm Gal. semen agrestis, frāgit in renib⁹. fm Dios.semen recens, confert lapidi renū & vesicæ. Halia.succus fluuialis & marini. Ignot⁹. semen viride potatum.
Trifolium. Plin. z 6.cū vino sumptum. Auicenna similiter.
Vermes terreni. Plin.xx.cum vino sumpti. Auicē.similiter. K ir. latenter sumpti.
Vincaperuinca. Pli.vigesimo primo, radix bibita.
Vitis. Serap.gumma eius, vel lachryma cū vino potata, expellit. Aui.frangit. Hali.aqua quæ cadit a palmitibus vitium, frangit lapides in renibus & vesica.
Vitrum. Al. Auic.tritum vstū bibitum cum vino, confert valde lapidi renum & vesicæ. Hali.cum vino sumptum.
Vrtica. Pli. z z.succus sumptus. &. z 6.vrtica marina.
Vnguentum laxatiuum. Nicol. lapidosis confert vncto pectine & ventre.
Vsnee. Haliab. frangit lapidem, maxime qui sumitur de quercu & nuce & pino.
Ypericon. Plin. z 6.cum vino.
Ypposelinum. Plin.xx.sumptum. Serap.secūdum Dios.decoctionis radicum sumptum, frangit & expellit cum vrina.
Yppomarathrō. Pli. vigesimo.
Yrcus. Auicenna.sanguis exiccatus, frangit.
Yringi. K iran.radix cum vino & melle diebus.xvj.
Zeleniten confectio. Auicenna primo quinti.

Preseruantia a gñatione lapidis.

Aqva mellis. Mes.vj.antid.non permittit in vijs vrinæ lapidem generari.
Cassiafistula. Mes.sumpta cū diureticis & infusione liquiritię.
Genestra. Mes.non permittit materias figi in renibus & vesica, nec densari in lapidem.
Pinus. Auicen. pini maioris grana, prohibent lapidem.

Causantia lapidem.

Amygdvm. isa. Caseus. Is. Aui. propriè humidus in renibus & vesica.
Camphora. Auicēna. generat in renibus & vesica.
Condrus. Gal.j.alimentorum.
Farina cum lacte. Gal.ibidem.
Lac. Alman. Galenus.iij.alimentorum, maxime coctū cum aliquo grossi chymi & caseale ei⁹ similiter. Auicenna.omne lac, & proprie colostra.
Lagana & similia de pasta. Galenus primo alimentorum.
Porcinæ carnes. Isaac.
Tri. Isaac.
Triticum coctum. Almansor.

Puerorum

Puerorum lapidi conferentia.

PÆONIA. PLI. 27. fœmina. Serap. fm Diosc. datur pueris, & confert initium in principio generationis lapidis in eis. Macer. decoctio cum vino.
Tuderi. Almansor.

De dispositionibus Vesicæ, Vrinæ, & Viarum eius. Cap. XIX.

Conferentia Vesicæ, & uijs urinæ.

ANISVM. PLI. 20.
Agaricũ. Pli. 26. potatũ
Aqua mellis. Mes. vj. antido. vias vrinæ confortat.
Aromaticũ nardinum. Mes. j. ant.
Chamomilla. Serap. fm Dios. decoctio in emplastris posita.
Confectio de scoria. Aui. iij. qnti.
Cucumer domesticus. Serap. fm Dioscoridem. Auicenna.
Grana pini. Plin. 23. Aui. confortant ad retentionem vrinæ.
Malua. Pli. xx. cocta. Serapio fm Diosc. semen. fm Eben Mes. humida cõfert, & semen nigræ. Auicẽna. rami domesticæ conferũt leniendo naturam.
Nux inda. Serapio secundum aliquos, oleum eius.
Oleũ De enula. De cinnamomo. De sauina. De pulegio. Mes. xij. ant.
Spica nardi. Macer.
Stœchas. Auicenna. instrumenta vrinæ confortat.
Tryphera minor Fenonis. Mesue secundo antidota.
Yera picra Galeni. Hali. vij. anti. eneruationem vesicæ solidat. Et cætera supra in tabula cõferẽtia renibus in præcedenti cap.

Nocẽtia Vesicæ, & uijs urinæ.

ACETVM. PLI. 28.
Aniuden. Auicen. Sera. fm Dios. radix.
Cãtharides. Plin. vigesimonono. Auicenna. vlcerant.
Vuæ. Auicen. omnis vua nocet. Et cætera supra in tabula nocentiũ renibus in præcedenti cap.

Passionibus Vesicæ, et uiarũ urinæ.

CHAMOMILLA. Serap. fm Diosc. decoctio emplastris imponit. Macer. cum rob, cursui humorum ad vesicam valet.
Cypressus. Aui. folia. Sera. secundum Dio. folia trita cum rob & pauco myrrhæ.
Confectio dicta mirabilis. Mesue in cura tussis humidæ, paralysi vesicæ confert.
Laurus. Sera. fm Dio. encathisma foliorum decoctionis. Auicen.
Malua. Mac. sicut holus sumpta.
Oleum nardinum. Mes. xij. antid. Haliab. 18. antidota.
Plantago. Macer. succus cum passo bibitus. Apul. fiñr. Igno. tota cũ folijs & radice cũ vino dulci vel careno trita potata.
Senecion. Plin. 25. Mac. cũ vino.
Sotira. Auicen. primo quinti.
Yrundo. Sera. fm Gal. in cibo. Dicta supra in præcedenti cap. in tabula passionum renum.

Frigiditati Vesicæ conferentia.

CYPERVS. SERA. fm Eben Mes. pprietate cõfert frigiditati vesicæ.
Nabach. Sera. fm plures.
Oleum nardinum. Sera. 25. anti.
Yssopus humida. Et cætera supra dicta in præcedenti cap. in tabula frigiditatis renum.

Oppilationi Vesicæ, & Viarum eius conferentia.

AQVA CICERũ. Mes. in cu. pleuresis.
Cerfolium. Mac. succus bibitus, vrinæ clausos reserat quoscunq; meatus.
Cyperus. Mac. laxat meat⁹ vrinæ.
Meu. Serap. fm Dios. Aui. cõfert constrictioni superfluitatum in vesica bibitum & emplastratũ.
Theriaca magna. Hali. v. anti. Et cætera supra in pcedenti cap. in tabula oppilationis renum.

Duritiei, & tumori Vesicæ conferentia.

ALLIVM. PLIN. vigesimo, exterius.

Millefolium. Plin. vigesimoq̃rto.
Penidij. Almansor.
Sparagus. Apuleius. radicis decoctio bibita.
Yssopus herba. Sera. fm aliquos.
Yssopus humida. Auicenna.

Ventositati Vesicæ conferentia.

ADEPS ASINI syluestris. Auicẽ. cum oleo costi.
Allium. Macer. coctum cum testa sua appositum tumori.
Athanasia magna. Aui. j. quinti, renibus & vesicæ confert.
Napta. Sera. secundum aliquos, in causa frigoris.
Nardus gallicus. Plin. 21.
Petræleum. Aui. drac. j. sumpta.

Mundificãtia Vesicã et uias urinæ.

CELTICA. CIRcainstans. sæpe bibita, vesicam mundat.
Cyperus. Macer. purgat meatus vrinæ.
Cubebe. Aui. meat⁹ vrinæ purgat
Elleborus niger. Mes. mundat vesicam. Sera. vij. practicæ fiñr.
Lupini. Mes. ab omni putredine vesicam purgant.
Passulæ. Is. dulces, vesicã mũdãt.
Staphisagria. Aui. parua quantitas sumpta cum rectificatibus, mundant vesicam.
Zuccarum. Sera. Et cætera in præcedenti cap. in tabula mundificantium renes.

Dolori Vesicæ conferentia.

AGNVS. PLIN. 30. pedum decoctio.
Allium. Mac. coctũ cũ sua testa appositum.
Amylũ. Pli. 22. cũ ouo & passulis.
Aper. Plin. 28. vesica eius, vel vrina sumpta.
Apium. Is. quædam eius species. Serap. secundum Diosc. semen speciei smyrnion dictæ.
Artemisia. Apul. succus cum vino, vel aqua mulsa.
Balneum. Plin. vigesimooctauo, competentium herbarum.
Betonica. Serap. fm Dios. drach. ij. sumptæ. Musa. drac. iiij. cũ radicibus apij cocta bibita.

Chamomilla. Auicen. vaporatio in causa frigida.
Casialignea. Auicenna.
Cichorea. Plin. vigesimo.
Cymini. Ser. fm Dio. domestici.
Confectio philosophorũ. Auicen na primo quinti, dolori emunctoriorum & inguinum.
Cornu cerui. Hali. Sera. fm Diosc. vstum lotum drac. ij. bibantur.
Diacurcuma magna. Aui. j. quinti. Mes. j. anti. renũ & vesicæ.
Dialacca magna. Auicen. j. qnti, renum & vesicæ.
Electuarium granorum caquenegi. Haliab. vj. antido.
Electuariũ gentianæ. Hali. vj. ant.
Eliotropia. Igno, cum vino sumpta in ieiunio.
Emplastrum de bacis lauri. Mes. vndecimo antidota.
Enula. Auicen. cum semine apij, & sparagi, & radice fœniculi tepida apposita & potata.
Fœniculum. Sera. fm Diosc. decoctio summitatũ. Apul. viridis radix, sparagi agrestis, & apij viridis coquatur I aqua & bibat in ieiunio diebus septem & plus: & vtatur balneo, ita quod in frigida non descendat.
Gladiolus. Apul. puluis radicum cum vino & aqua.
Gramen. Plin. z4. vinum decoctionis in balneo sumptum.
Handacoca. Serap. fm Diosc. trita bibita cũ rob in vino, aut folia, aut cum semine maluæ.
Iuiubę. Auic. Serap. secundũ Isa. in causa caloris.
Lacca. Colliget.
Laurus. Serap. fm Diosc. encathisma decoctionis foliorum.
Limaciæ. Serap. fm Diosc. trit cũ corticibus sumptæ cum vino.
Lingua arietis. Auicenna. folia cũ vino bibita.
Malua. Sera. fm Diosc. semen cum semie hãdacokæ syluestris. Auicen. decoctio bibita vel syrup⁹. Pli. xx. Apul. syluestris lib. j. cum suis radicibus coquatur ad medietatem, & detur triduo sitiēti dolorem mitigat sanguinẽ strigit, & perfecte sanat.
Matricaria. Serap. secundum Humaym. Auicenna.
Meu. Serap. fm Diosc. radix recẽs cũ aq̃ sumpta. Aui. int⁹ & extra.
Narcissus. Auicenna.

Nenufar. Plin. z6. radix cum vino. Serap. fm Diosc. radicum emplastrum. Auicen. semen eius & radix emplastrata.

De ruta. Mes. duodecimo vesicę & renibus.
Laterinum. Mes. xij. anti. vesicæ & renibus.

Oleum Amygdalarum. Auicen.
Alfelfelud. Auicenna.
De citro. Hali. ij. practicę in causa frigoris.
Nucum. Nicolaus.

Passulæ. Isaac. fine ossibus.
Pæonia. Serap. fm Diosc. Aui. radicum quãtitas auellanæ bibita.
Mac. vinũ decoctõis sumptum.
Petroselinum. Is. Sera. fm Diosc.
Peucedanũ. Sera. fm Dio. bibitũ.
Pinus. Serap. fm Diosc. cũ seminibus cucumeris & rob sumptũ.
Polygonũ. Pli. z7. folia iponant.
Portulaca. Is. Aui. Sera. secũdum Diosc. mordicationi vesicæ. Macer. sumpta.
Plantago. Serap. radix & folia cũ sapa bibita. Mac. vinũ decoctionis seminum bibitum.
Raphanus. Sera. fm aliquos.
Reubarbarũ. Sera. fm Diosc. Aui.
Rob. Auicen. ij. canone.
Saluia. Thessalus cap. herbæ arietis emplastrum.
Sisymbrium. Apul. succi drach. ij. cum calida.
Sparagus. Apuleius. agrestis decoctio radicis bibita.
Spica. Sera. fm Diosc. celtica cum vino. Circainst. similiter.
Theriaca maior. Auicen. primo quinti. Serap. octauo antido.
Thymus. Plinius. z z.
Tribulus. Serapio fm aliquos, est bonus dolori vesicę.
Trochisci alkekengi. Aui. 8. qnti.
Yera Archigenis. Aui. ij. quinti. Mes. iii. ant. emũctoriorũ dolori.
Yera Logodiõ. Hali. 7. anti. Sera. ix. antido. in causa frigida.
Yssopi cerotum Democriti. Mes. xj. antido. vesicæ & renibus.
Zuccarum. Serap. fm Diosc. & Is. fm Eben Mes. proprietate.

Apostematibus Vesicæ, & Partiũ eius conferentia.

BVTYRVM. SERA. fm Diosc. appositum medicinis exiturarum eius.

Cyminum agreste. Serap. secundum Diosc. emplastrum cũ melle & passulis in calidis.
Cucurbitæ conditæ. Hali. xx. antido. duriciei & calori.
Ellebor⁹ niger. Aui. valde cõfert.
Yringus. Auic. emplastratus vel suspensus in apatibus emunctoriorum. Et cætera supra in tabula apostematum renum.

Scabiei, Asperitati, & Licheni Vesicæ.

ARISTOLOCHIA. Thessal⁹. trochisci ex succo pomorum eius.
Capra. Plin. z8. fimus in mulso, efficacius syluestrium.
Equus. Plin. z8. renes in vino potati, vel cinis vngulæ potatus.
Liquiritia. Col. Auicen. Sera. fm Diosc. & Gal. cum rob.
Malua. Sera. fm Ebẽ Mes. semen.
Oua. Serapio fm Gal. semicocta asperitati conferunt. Auicen.
Opopanax. Sera. fm Diosc. scabiei cõfert bibitus. Pliu. z6. radix.

Ardori, & Adustioni Vesicæ, & urinæ conferentia.

ALTHÆA. ALMANSOR. Auicenna, decoctio bibita.
Amygdalæ. Almansor.
Buldac de seminibus. Diuisiones anti. de medicinis vrinæ.
Citonia. Auicen. succus, aut oleũ instillata in virga.
Lac. Almansor.
Liquiritia. Al. Aui. Haliab.
Maluauiscus. Almansor.
Myrtus. Auicen. Serap. fm Diosc. fructus humidus & siccus comestus, confert ardori.
Musa. Sera. fm Eben Mes. ardori vesicæ confert proprietate.

De seminibus communibus. Mes. xij. antidota.
Violatum. Nic. iniectũ per siringã, arsurę vrinę valet.

Oleũ Nenufaris. Nicolaus. clysterizatum.
Amygdalarum dulcium. Mes. xij. anti. Nicol.
Seminis cucurbitæ. Nic. iniectum.

Ouis vel capræ. Hali. decoctio capitis

pitis clyſterizata, ſiccitati renū & veſicæ.
Pineæ. Iſaac.
Portulaca. Serap. ſecundū Dioſc. mordicationi confert.
Sebeſten. Sera. ſm aliquos, cōfert ardori facto mordicatōe coleræ.
Trochiſci alkekengi. Meſ. 8. ant.
Vinum. Serap. ſumptum cū oleo prouocato vomitu.

Vlceribus veſicæ, & viarum vrinæ conferentia.

ARISTOLOCHIA. Theſ. trochiſci ex ſucco pomorum eius contra mictum pueris.
Butyrum. Aui. ponitur in medicinis vulnerum orificij veſicæ.
Cauda equina. Col. Plin. 26. folia bibita. Ignot⁹. puluis radicis & foliorū rupturis veſicæ.
Cucumer. Serap. ſecundū Dioſc. & Gal. cum rob aut lacte.
Dragaganthum. Serap. ſecūdum Dioſ. & alios drach. j. infuſa in vino cocto dulci.
Gallus. Aui. ius eius cum lacte.
Gramen. Pli. 24. radix in vino cocta. Serapio ſm Dioſ. decoctio.
Aui. radicis eius decoctio.
Granum pini. Auicenna. prohibet viceratioηem.
Alkekengi. Auicenna. cōfert vlceribus viarum vrinæ.
Lac. Auicen. caprinum.
Liquiritia. Haliabas. ſuccus.
Myrtus. Haliab. grana eius.
Mumia. Sera. ſm aliquos, clyſtere in veſica & virga. Auicē. bibatur kirat. j. cum lacte ad vlcera veſicæ & capitis virgæ.
Pix. Aui. ponitur in medicinis vlcerum orificij veſicę.
Polygonum. Ignotus. decoctio cum melle impoſita.
Portulaca. Aui. veſicę & renibus.
Trochiſci Aſclepiadis. Sera. 18. antid. vlceribus viarū vrinę. Et cętera ſupra in præcedenti cap. in vlceribus renum.

Nocentia vlceribus veſicæ.

CANTHARIDES. Auicen. proprietate vlcerant. Alman. Haliab.
Cicera. Pliu. 22. Auicē. Iſa. nocēt vehementer vlceribus veſicæ.

Sparagus. Plinius vigeſimo.
Staphiſagria. Auicen. Et cætera ſupra in præcedenti cap. in tabula de nocentibus renibus.

Lapidi in veſica.

ACETVM SQVILliticum. Sera. ſm Dioſ. frangit. Albuk. ſiſt.
Acetoſa. Serap. ſecundum Dioſc. vinum decoctionis, frangit.
Adiantos. Ig. cum vino frangit.
Aſinus. Plin. 28. renes ſicci cū vino potati. Auic. vrina ſylueſtris frangit, vt dicit Galenus.
Cucube. Serap. ſecundum Dioſ. folia & fructus frangunt.
Ebenus. Sera. ſm Alcanzi, frāgit.
Gummi prunorum. Auicen. ex dicto Galeni, frangit.
Gramen. Serap. ſm Dioſc.
Lapis ſerpentis. Aui. dicit ꝙ frangit. Gal. negat. Hali. cōbuſtus.
Mithridatum. Hali. vj. anti. calculos in veſica comminuit.
Scolopendria. Serapio ſecundum Gal. & Dioſ. frangit.
Spuma maris. Serap. ſm Dioſ. tertia eius ſpecies. Aui. purgat arenam a' veſica.
Vitrum. Sera. i. parte ſimpl. vſtū. ſm Gal. cū vino albo ſubtili bibitum tritū fortiter, frāgit. Auicenna. valde confert.
Vnguentum alabaſtri. Nicol. Et cætera in præcedenti cap. in tabula, lapidi renum.

Sāguini cōgelato ī veſica cōferētia.

AMARACVS. Galenus. vj. ſimplicium, cū ſyrupo mellis.
Cedarach. Aui. ad foliorū cū rob.
Cyminū. Sera. q̃dā ſpēs ei⁹, maxie ſūpta cū decoctiōe ſemīs apij.
Coagulū. Serap. ſm Dioſ. bibitū, diſſoluit lapidē, maxie leporis.
Cotula. Hali. vinū decoctiōis ei⁹.
Matricaria. Sera. ſm Humaym, cū aqua mellis. Aui. ſimiliter.
Yſſopus humida. Sera. ſm Dioſ. cinis eius ponderis. iij. anoloſat bibitus, diſſoluit ſanguinem.

Miſſui ſanguis, et ſaniei cōferētia.

AMMONIACVM. Plinius. 24. potatum.

Ariſtolochia. Theſ. trochiſci ex ſucco pomorum eius.
Cyminū. Aui. maxime ſylueſtre.
Collyrium de ceruſſa. Al. ix. tract. iniectum cum lacte aſinæ.
Confectio alkekengi. Aui. j. quinti. Serap. octauo antidota.
Electuariū granorū. Hali. vj. anti.
Laurus alexandrina. Serap. ſecundum Dioſc. radicis drach. vj. cū rob ſumptæ.
Oua. Aui. cruda ſorbilia.
Stratiotis. Plin. vigeſimoquarto, cum thure mire ſiſtit.
De terra ſigillata. Meſ. octauo antidota.
De karabe. Al. ix. tract.
Trochiſci Alkekengi. Aui. 8. v.
Diſulidis. Aui. ibidem.
Serap. 17. antidota.
Haliab. 13. antido.
Vincaperuinca. Plin. vigeſimoprimo, radix interius ſumpta.

Prouocantia miſſum ſanguinis.

AMMONIACVM. Auicen. prouocat vſque ad ſanguinem.
Alumen. Plinius. 25.
Cantharides. Almanſor.
Diptamum. Auicenna. prouocat vſque ad ſanguinem.
Herbum. Aui. Iſa. plurimus eius vſus. Col. Sera. ſm Dioſ. & Gal. nimius eius vſus.
Iuniperus. Colliget.
Rubea. Gal. vj. ſimplicium. Col. Serap. ſecundum Dioſ. fortaſſe facit mingi ſanguinem.
Ruta. Plin. vigeſimo.
Sauina. Serap. ſecundum Dioſ. & Gal. bibita, valde operatur.

Prouocantia vrinā, & diuretica.

ABSINTHIVM. Plin. 27. Mac. Col. Albuk. Serap. ſm Gal. & Dioſ. & vij. practicæ. Aui. cum oxymelle valde operatur.
Abrotanum. Macer. Auicenna.
Acanthis. Igno. puluis radicum cum calida potatus.
Acor⁹. Plin. 25. Aui. Hal. Cir. Ser. ſm Gal. & Dio. decoctio bibita.
Aſphodelus. Plin. 22. Cir. Hali. bibitus. Ser. ſm Dioſ. radix bibita. Aui. fructus & flos eius.
Agaricum. Auicen. Meſue.

Agnus castus. Plin. 24. Aui. Serapio secundum Diosc. seminis drach. ij. cum vino.
Allium. Plin. xx. If. Serap. fm Gal. & Diosc. comestũ cum oliuis nigris. rufum nouũ recẽs fortiẽ prouocat. Cir. cũ succo diureticorũ
Alkekengi. Serap. fm Dioscoridẽ & Galenum, fructus.
Ameos. Hal. Ser. fm Diosc. & Gal. cum vino sumptum. Aui. silr.
Ami. Plinius vigesimo.
Amygdala amara. Pli. 23. Isaac. Serapio. Auicenna.
Ammoniacum. Serap. secundum Diosc. Auicen. Haliabas.
Amomum. Auicenna.
Ampeloprasson. Plinius. 24.
Anagallys. Plinius. 26.
Anethũ. If. Mac. Cir. herba eius. Sera. fm Diosc. decoctio summitatũ & semis siccorum sumpta.
Aniuden. Auicenna.
Anisum. Plin. xx. & xxvij. Sera fm Gal. Aui. Col. Haliabas.
Antidotum hęmagogum. Nic.
Anthemis. Plin. 22.
Apium. Plin. xx. Cir. Sera. j. parte simpliciũ, montanũ. fm Gal. domesticum. fm Diosc. crudum, vel coctum comestum, & semen est magis prouocatiuum.
Aq̃ surfuris. Auic. cap. hordei tritici vel hordei, sed tritici magis.
Aqua hordei. Mes. i cu. pleuresis.
Aristolochia. Haliab. longa.
Aqua mellis. Mes. vj. antidota.
Aron. Plinius. 24.
Arundo. Aui. Plin. 24. iudaica cũ gramine, aut semine apij cocta.
Armel, id est cicuta. fm aliquos. Col. Auicen. armel bibita & linita fortiter prouocat.
Artemisia. Macer.
Assa. Pli. 22. Auic. magnitudine ciceris sũpta. Aui. Hai. fœtida.
Asarum. Plin. 22. Alman. Mes. Aui. Macer. Hali. Serap. fm Ebẽ Mes. vinum infusionis.
Balsamũ. Aui. Ser. ʒ3 Dio. bibitũ.
Batheca. Auicen. maturum.
Baucia. Alman. Isa. Serap. secundum Gal. radix agrestis. Auicẽ, proprie semen syluestris.
Bedeguard. Auicenna.
Betonica. Serap. secundum Diosc. Macer. potata.
Bdellium. Macer. Col. Halia. Serap. secundum Gal. bibitum.
Bleta. Plinius vigesimo.

Brassica. Plin. vigesimo, sumpta.
Bryonia. Plin. 23. sumpta. Kir. caules eius teneri cocti.
Chalcifraga. Plin. 27. recens.
Calamus aromaticus. Aui. Sera. fm Diosc. & Gal. bona prouocatione, prouocat bibitum.
Calamenthum. Serap. fm Diosc. decoctio sumpta. Aui. similiter.
Chamædaphne. Pli. 24. succus bibitus. Serap. fm Diosc. succus cum vino potatus.
Chamæpitys. Sera. fm Gal. cum melle sumpta. Cir. diuretica est.
Chamædrys. Plin. 24. Serap. fm Gal. Auicen. Hali. Cir.
Chamomilla. Cir. Sera. fm Diosc. intus & extra. Aui. Mac. cũ vino bibita. Igno. decoctio potata.
Canna mellis. Isaac.
Cancer. Plin. 32. fluuiales triti cum vino potati.
Chantarides. Pli. 29. Al. Hali. Serap. fm Gal. quidam dabant in potu parũ ex eis cum medicinis prouocãtibus vrinã, & pedes & alas tantũ, quidã ventrẽ tantũ. Ego aũt dedi omnia simul, & pedes cũ alis & ventre. fm Diosc. prouocãt fortiter vrinã. Aui. parum ex ea iuuat medicinis prouocantibus sine nocumento.
Cappares. Isa. Col. Sera. secundũ Diosc. & radix & semen.
Capilli Veneris. Mes. Auicenna. Haliab. potati.
Carui. Isaac. Col. Hali. Circ. Serapio fm Diosc. semen.
Carnes cameli. Auicenna.
Carub, id est carobę. Aui. nutritę in congelato vuæ.
Casia lignea. Serap. fm Diosc. Auicenna. Col. Circainst.
Castanea. Auicenna.
Castorium. Halia. cum sisymbrio bibitum.
Catapucia. Auicen. folia cocta in iure galli decrepiti.
Cauda equina. Sera. fm Diosc. cũ vino prouocat vrinã. Plin. 22.
Caulis. Aui. Isaac. ius eius. Sera. fm Diosc. decoctio si leuiter coquatur: & summitates sunt magis prouocatiuæ.
Cedrus. Plin. 24. fructus eius.
Cedrach. Auicenna.
Centaurea. Aui. Circainstans.
Centũcapita. Ser. fm Dio. bibita.
Chelidonia. Auicenna.
Cepe. Isaac. Serap. secundũ Dioscoridem, maxime coctum.

Cera. Auicenna.
Cerasa. Plin. 23. sicca.
Cerfolium. Mac. cũ vino sumptũ.
Ceruisia. Alman. hordei.
Cicadæ. Pli. xxx. in patellis coctę.
Cicera. Al. Isa. Hali. Col. Pli. 22. Serap. fm Gal. & Diosc. & nigra sunt magis prouocatiua.
Cyminum. Serap. fm Gal. & Dio. Circ. diureticum est.
Cinnamomum. Macer. Aui. Isa. Serap. secundum Diosc.
Cyperus. Pli. Hali. Cir. Serap. fm Diosc. radix bibita in habẽtibus lapidẽ, & in hydropisi.
Cypressus. Circainst. lignum & folia diuretica sunt.
Citonium. Sera. coctũ cũ melle. Aui. per accidens. Isa. maturũ prouocat stypticitate.
Citrulus. Cir. semẽ diureticũ est.
Colocynthis. Cir. diuretica est.
Condysũ. Aui. Sera. fm Diosc. cum melle. Macer. cum vino.
Costus. Serapio secundum Galenum & Dioscoridem. Aui. Col. Haliab. Macer. Circ.
Cubebe. Auicenna. Haliab. Serapio secundum Diosc. folia & fructus cum vino.
Cucumer. Plinius vigesimo. Almansor. Isaac. Colliget. Haliab. Serapio secundum Dioscoridẽ & Galenum, fortiter prouocat. Aui. minus quam batheca.
Cucumer asininus. Col. Aui.
Cucurbita. Serap. secundũ Diosc. semen. Circainst. similiter.
Cusch tritici. Serapio.
Cuscute. Auicenna. Serap. secundum Eben Mes. succus cum syrupo acetoso.
Cretani. Plinius vigesimosexto, cocti. Circainstans. sumpti sunt diuretici valde.
Crocus. Plinius vigesimoprimo. Auicenna. Serap. secundũ Dioscoridem, ipse & etiam radix trita bibita cum rob. secundũ Humaym, aqua croci.
Crocomagma. Serapio secũdum Dioscoridem.
Dactyli. Isaac.
Daucus. Col. Hallab. Serapio fm Diosco. & Galenum, prouocat plus alijs semen bibitum & folia. Auicenna. valde prouocant, proprie semen. Circainstans. diureticum est.

Decoctio

Decoctio absinthij. Ser. 22. anti.
Diptamus. Aui. fortiter puocat.
Diacalamenthum. Mes. j. antido.
Serap. vigesimooctauo antido.
Diacurcuma magna. Mes. j. anti.
Auicen. primo quinti.
Diasulphur. Mes. ij. antidota.
Dialacca magna. Mes. ibidem. Se rap. 8. antido. Hal. vj. antido.
Donum Dei. Auicen. j. quinti.
Dragontea. Macer. radix. Ignot. puluis cum vino.
Ebulus. Plin. 24. grana potata.
Edera. Plin. vigesimoquarto.
Elleborus niger. Auicenna. Mes. proprie rectificatus.
Electuarium Alcanzi secundum. Auicenna. iij. quinti.
Electuariũ piperis. Hali. 14. anti.
Emplm pereutereõ. Hal. 17. ant.
Endiuia. Circ. diuretica est.
Enula. Sera. fm Dios. decoctio radicis bibita. Aui. & Mac. fifr.
Epatica. Circ. diuretica est.
Ericius. Aui. Isaac. carnes.
Eruca. Sera. fm Dios. & Gal. Mac. Aui. syluestris. Circain. in vino cocta, applicata pectini & renibus prouocat.
Es. Serap. secundum Dios. vstum cum hydromelite sumptum.
Eson, id est creson. Plin. 22.
Faseoli. Alman. Auicen. Col. Sera pio secundum Dios. comesti.
Fœniculum. Pli. xx. Isa. Aui. Col. Hali. Mac. Serap. in prima parte simpli. semen. & fm Gal. domesticũ & syluestre. fm Dios. decoctio summitatũ eius bibita.
Fœnugræcum. Aui. decoctio.
Ficus. Plin. 23. maturæ. Is. siccæ. Auicen. vinum ex eis.
Filipendula. Cir. diuretica est.
Fistula pastoris. Auicenna.
Foliũ. Sera. fm Dios. Hali. Aui.
Fu. Al. Halia. Cir. Sera. fm Gal. & Dios. Auicenna. bibitum.
Fucha. Aui. ex hordeo factum.
Fumus terræ. Serap. secundum Dios. Auicen. Albuk.
Gentiana. Cir. diuretica est.
Genestra. Mesue.
Gith. Plin. vigesimo.
Gũmæ. Pli. 24. Hal. abietis. Aui. oliuæ. Serap. agrestis oliuæ.
Glandes. Sera. fm Dios. multiplicant vrinã. Isa. & Aui. similiter.
Glutẽ albotin, & eius grana. Aui.
Gramen. Plin. 24. semẽ vehemẽter. Sera. fm Dios. & Gal. herba & semen fortiter prouocat. Auicenna similiter.
Grana pini. Auicenna.
Granata. Plin. 23. cortices. Sera. fm Eben Mes. prouocãt cũ subtilitate acetositatis suę. Aui. acetosa magis prouocant. Is. aceto sa subtiliant humores eosq; per vrinam aptos faciunt, & dulcia maxime assa cũ oleo violato.
Handacoca. Auicenna.
Hasce. Mes. Col. Auicenna.
Herbum. i. orobus. Isa. Aui. fortiter prouocat. Sera. fm Dios. farina eius quę fit primo infusi. orob⁹ in aceto & aqua multo tẽpore, deinde bullit donec coriũ separet, & postea siccat & mollit.
Hyacinthus. Plinius. 21.
Iuncus. Serap. secundũ Dios. assatus bibitus cum vino. Plin. 21. iuncus odoratus.
Iuniperus. Pli. 24. Aui. Col. Gal. ij. alimen. fructus mediocriter prouocant. Sera. fm Dios. arbor & fructus. Haliab. folia.
Kali. Serapio bibitum drach. s. vsque ad vnam.
Kekengi. Serapio secundum Gal. fructus eius.
Keserte confectio. Sera. 8. anti.
Kulcasia. Serap. secundum Gal. & Dios. radix cocta.
Lac Aui. hominis cap. de homĩe.
Lactuca. Isaac. Auicẽna. Plin. xx. succus nigræ.
Languria. Serapio.
Lapathium. Plin. xx. Circ. vinum decoctiõis pectini applicatum, vrinam multum prouocat.
Larix arbor. Plin. vigesimoquarto, cortex vstus potatus.
Laudanũ. Sera. cũ vino sumptũ.
Laurus. Auicenna. Serap. secũdũ Galenum, alexandrina.
Lentes. Aui. syluestres amaræ.
Lentiscus. Plin. vigesimoquarto, semen, cortex, & resina eius.
Leuisticum. Macer. cũ vino sumptum. Circ. diureticum est.
Libanotis. Plin. vigesimo.
Limonia. Plin. vigesimosecundo.
Lingua arietis. Serap. secundum Eben Mes. Haliabas.
Lini semen. Isaac. Haliab. Serap. fm Galenum, parum.
Lumbrici terreni. Sera. fm Dio. & Gal. cũ rob bibiti. Aui. cũ vino
Lubue. i. styrax. Aui. bibitum.
Lus. Serap. secundum Dios. siccũ cum melle sumptũ. Mes. serpentaria. Aui. quandoq; prouocat.
Lupini. Al. Aui. Col. Cir. diuretici sunt. Plin. 21. radix cocta.
Malabathrum. Plin. 22. Serapio secundum Dioscoridem.
Malua. Auicenna.
Marathrum. Haliab. semen.
Marrubiũ. Pli. xx. Cir. diureticũ ẽ.
Mastiche. Isaac. Serap. secundum Dios. decoctio corticum.
Matricaria. Serap. secundum Humaym, cum hydromelle bibita. Auicen. prouocat fortiter.
Mel. Is. Sera. fm Dios. Aui. coctũ cum aqua, valde prouocat.
Melilotum. Cir. diureticum est.
Melones. Al. Col. Serap. fm Gal. & Dios. maturi. Hali. Isa. semina valde prouocant.
Meu. Plin. interius. Cir. diureticũ est. Serap. fm Diosc. & Gal. emplastrum pectini infantibus.
Medicamẽ sulphuris. Hal. vj. ant.
Miliũ. Is. auctoritate Dioscoridis
Milium solis. Alman. Circ. Serap. secundum Diosc. & Gal.
Myaces pisces. Plinius. 23.
Myrtus. Plin. 23. Isa. Aui. succus fructus. Sera. fm Dios. similiter.
Mora. Is. matura. Aui. oẽs species eius. Plin. 24. rubi.
Musa. Aui. Sera. fm aliquos.
Napi. Plin. vigesimo.
Nasturtium. Auicen. drach. iiij. cum calida, soluit vrinam.
Nespila. Isaac.
Nigella. Sera. fm Dios. bibita.
Nux muscata. Auicenna.
Oleum de cotula. Haliabas.
Oleum benedictum. Nicolaus.
Oleaster. Plin. vigesimoquarto, folia exterius applicata.
Omorusia. Aui. j. vcõfectio q̃dã.
Opopanax. Hali. Mes. cum aqua mellis calida bibit⁹. Aui. quantũ auellana sumatur cũ calida.
Ordeum. Sera. fm Dio. kist eius. Hali. aqua eius. Auic. decoctio. sauich eius & furfuris.
Oreoselinum. Serap. fm Dios. radix & semen cum vino bibita. Plinius. xx.
Origanũ. Ser. fm Dio. Aui. Mac.
Oxymel. Almansor.
Ozimũ. Plin. xx. exterius. Sera. fm Dios. Aui. fluuiale ozimum.
Papauer rubeũ. Sera. fm Dios. folia cũ summitatibus eius & cũ paleis hordei cocta comesta.

Pastinaca. Gal. vj. simplicium, & ij. alimentorum. Al. If. Col. Hal. Plin. vigesimo, erratica.
Pæonia. Serapio fm Gal. Gal. vj. simplicium, cum aqua mellis. Auicen. vinum decoctionis.
Pepones. Gal. ij. alimentorum.
Petroselinū. Sera. fm Gal. & Dio. Isa. Hali. Cir. diureticum est.
Peucedanum. Cir. diureticū est.
Pilulæ de serapino & mesericæ. Serapio. 17. antidota.
Piper. Plin. 24. Isa. Sera. fm Dio. fm librum vero quęstionum. i. problematū Aristotelis, si quis vtatur multum ex eo, prouocat. & si parum laxat ventrē contrarium scāmoneæ. Auicen. quantitas eius parua.
Pisces. Plin. 32. ius eorum cocto rum in vino.
Polygonū. Plin. 27. semen.
Polium montanum. Plin. 21. Serap. fm Gal. & Dioscoridē. Aui. Haliab. Circ. diureticum est.
Porcus. Plin. 28. vesica eius si terram non attigerit imposita pubi. Auicen. vrina eius.
Polytrichum. Plin. 22.
Porrum. Hali. Auic. proprie agreste. Plin. 24. similiter. Serap. fm Gal. agreste. fm Diosc. vltra marinū, & nabati, & porrū vineæ.
Pulegium. Col. Pli. xx. cum vino sumptum. Serap. fm Dios. decoctio eius sumpta.
Prasium. Plin. xx. Colliget.
Radix. Isaac.
Raphanus. Plin. xx. syluester. Sera. fm Diosc. domesticus & syluestris, & semē cū aceto bibitum.
Rapa. Serap. fm Dio. meditullīū foliorum coctum comestum.
Reubarbarum & reuponticum, Circainst. diuretica sunt.
Rosa. Plin. 21. succus & semen.
Rosmarinus. Serapio secundum Diosc. radix cum vino.
Rubea. Al. Col. Plin. 24. cū aqua mulsa. Sera. fm Diosc. cū melicrato bibita. fm Gal. prouocat vrinam grossam fortiter. Circ.
Ruta. Plin. xx. Sera. fm Diosc. Auicenna. Circ. diuretica est.
Saluia. Serap. secūdum Diosc. decoctio. Igno. decoctio potata. Plin. 26. syluestris. Macer.
Salix. Plin. 24. succus emanans. Circainst. diuretica est.
Sambucus. Pli. 24. grana eius potata. Circ. diureticus est.
Sansucus. Plin. vigesimoprimo.
Satureia. Serap. fm Dioscoridē. Macer. cum vino.
Sauina. Circ. diuretica est.
Secaniabin de keisi, & de radicibus. Mes. vj. antidota.
Secaniabin. Serap. 23. antidota.
Senecion. Serap. fm Diosc. & Gal. Auicenna. comesta.
Sepia. Plin. 32. oua eius.
Serapinum. Mes. Haliabas.
Serpyllum. Igno. Macer. Serapio fm Diosc. & Gal. potatum.
Siliquæ. Plin. 23. siccæ. Auicen. Sera. siccæ, proprie cum rob.
Simphytum. Pli. 26. radix sūpta.
Sinapis. Plin. xx. Macer.
Sinonum & siseleos. Circ. diureticum magis petroleli no.
Sisymbrium. Pli. xx. interius sumptum. Aui. Cir. diureticum est.

Cōpositus acetosus. Auicen. vj. quinti. Serapio. 23. antidota.

Syrupus Acetosus de seminib⁹. Hali. iij. tract. cap. regiminis febrium per victum.

Solatrum somniferū. Serapio fm Gal. semē sumptū. fm Diosc. succus puocat fortiter. Aui. semē.
Sotira confectio. Auicen. j. quinti. Haliab. vj. antidota.
Scammonea. Serap. secundū aliquos, antiqua valde prouocat vrinam, & non soluit.
Seta. Auicenna.
Scerbin. Auicenna. fructus cum pipere bibitus.
Scordion. Plinius. 26.
Smyrnion. Plinius. 27.
Sparagus. Plin. xx. Gal. ij. alimen. Isa. Serap. fm Dio. elixatus vna decoctiōe. Aui. decoctio radicū.
Spelta. Serap. fm Isaac.
Spica. Hal. Mac. Al. Ser. fm Diosc. & Gal. inda exterius. sed celtica melius. Aui. o[illegible] spica. Cir. celtica bibita, & nardi etiam.
Spina alba. Igno. Serap. semen.
Squilla. Sera. fm Dio. assata bibita. Aui. fortiter prouocat ipsa & syrupus ei⁹, & acetū. Igno. assata cum sale. Cir. diuretica est.
Squinanthū. Sera. fm Diosc. Hali.
Stœchas. Cir. diuretica est.
Struthion. Ig. puluis radicū. Macer. radix cum vino. Cir. folia in vino & oleo cocta, pectini virgæ apposita, vrinam prouocāt.
Tamariscus. Circain. vinum decoctionis, diureticum est.
Terebinthina. Sera. fm Dio. folia sola, vel cum melle sumpta.
Terebinthum. Serap. secundum Gal. & Diosc. fructus eius.
Theodoricō magnū. Hal. vj. ant.
Theriaca maior. Hali. vij. antido.
Thym⁹. Ser. fm Gal. & Dio. Hali.
Turbit. Serapio secundum Diosc. drach. ij. cum vino.
Turdus auis. Plin. trigesimo, eius comestio cum myrto.
Tragoriganum. Plin. trigesimo.
Trochisci de lacca. Mes. 8. antid. Aui. 8. v. Sera. 18. anti. Diōnes anti. de medicinis hepatis.
Trochisci de absinthio. Aui. 8. v. Serapio. 18. antidota.
Valeriana. Haliab. Col.
Vermes terreni. Auic. triti multū sumpti cum vino.
Vincaperuinca. Pli. 21. odorata.
Vinum. Pli. 23. Sera. vetus albū subtile, & nouū sīr, & stypticū vinū magis est puocatiuū q̄ dulce. Is. vinū subtile aquosum.
Viola. Auicen. syrupus eius. Pli. 22. alba. & lutea.
Virga pastoris. Auicen. auctoritate Dioscoridis. Sera. similiter fortiter prouocat.
Vitis alba. Pli. 23. radices & summitates. & Sera. fm Dio. & Gal. summitates, mediocriter prouocant. Aui. germina prima dum nascuntur comesta. Mes. radix. Kiran. radix bibita.
Vitis nigra. Pli. 23. interius sumpta. Sera. capreoli comesti. Aui. germina prima cum oriuntur. Ignot⁹. elixa pro olere sumpta. Mes. radix. Kiranides.
Vitis agrestis. Serap. secundum Diosc. flos eius.
Vnguentum Agrippæ. Nicol.
Vuę grana. Auicen. cap. vitis.
Vrtica. Pli. 22. interius. Sera. fm Dio. folia cocta cū limacijs. fm Is. semē. Mac. semē cum calida.
Xylobalsamū. Serap. fm Diosc. decoctio eius.
Xylocaracte. Plin. 23. siccæ. Isa. similiter. Serap. fm Diosc. siccæ proprie confectę cum rob.
Yera Mesuē. Aui. vj. tra. sum. ij. v.
Ypericō. Pli. 26. Aui. Col. Hali. Sera. fm Gal. & Diosc. bibitū. Ig. potata, vel viridis apposita.

Yreos

Xyros. Mes. Hal. Cir. diuretica ẽ.
Yricius marinus. Sera. ſm Dioſc.
Yringus. Igno. cũ vino ſumptus.
Yris agreſtis. Serapio ſm Gal. & Dioſ. ſeminis eius, iij. anolosar, fortiter prouocat.
Yſſopus Haliab. ſemen.
Zinziber conditũ. Hali. 20. anti.

Difficultati, & Guttationi vrinæ conferentia.

ACORVS. SESA. ſm Dioſc. difficultati cõfert. Hali. decoctio radicum per triduum bibatur.
Adiantos. Ig. decoctio potata.
Allium. Serap. ſm aliquos.
Alkekẽgi maiꝰ cõfectio. Aui. j. v.
Althæa. Aui. decoctio radicũ bibita.
Ameos. Aui. comeſtum.
Amygdala amara. Auic. Plin. 23. cum paſſo. Iſaac.
Apium. Auicenna.
Apozema de radicibus. Viati. v. in cura hydropiſis.
Abrotanum. Pli. 21. interius. Auicenna. oleum eius calidum. Ig. ſemen potatum.
Cepe. Plin. xx. fricatum. Aui. Macer. Circ. crudum fricatum. Serapio ſm Gal. cū aceto fricatū, facit oriri pilos in alopecia pluſquam ſpuma maris. Secūdum Dioſ. ſuccus linitus, facit cito capillos in ea, maxime cū ſpuma maris. Haliab. fricatio eius.
Cyclamen. Halia. Serap. ſm Gal. ſeminis fricatio. ſecundū Dioſ. radicis emplaſtrum. ſm Eben Meſue, vnguentum.
Cinis. Pli. 28. pellis hippopotami. Itē cornu eius cum vino. Et xxix. fimi pecudum cum oleo & melle, & vngulæ mulæ vel muli cum oleo, & muſcarum cinere cartarum, vel nucū cum melle tantum, liniatur diebus decem, & muriū, & ericii, & hyſtricis cū melle vel pilis ei⁹ pice, vel capitis p ſe, & pellis viperæ, & cito operatur. Auicēna. capitis leporis, proprie marini. Kiran. ericij marini cum adipe.
Colocynthis. Sera. folia ſumpta laxando conferunt. Haliabas.
Cotanum. Plin. 22. lanugo eius cum vino & cera.
Ericius. Sera. ſm Dioſ. terreni cutis vſta cum pice liquida, curat cum aceto vel oleo oliuæ. Aui. ſilr. Hali. cinis vſta cum melle.
Eupatorium. Auicenna. in principio confert.
Fagus. Plinius. 24. cinis fructus cum melle linitus.
Fel. Plin. 27. capræ cum cimolea & aceto, ita φ capiti inareſcat. & ſcrofæ cū vrina tauri, & tauri cū alumīe ęgyptio liniaẽ.
Ferri ærugo. Plin. 24. cum cera, & oleo myrti. Serap. ſm Dioſc. facit oriri in antiqua.
Ficus. Plinius. 23. folia.
Gallina. Kir. ſtercus ſiccum cum mero vel vnguento.
Gatta. Kiran. ſtercus ſiccū cum ſinapi & aceto. Sextus ſimiliter, ſed æquis ponderibus.
Indicum. Auicenna.
Lacertæ. Plin. xxix. combuſtæ cū radice recenti arundinis, ſed virides lacertæ ſunt meliores.
Laſer. Plinius. 22. cum nitro.
Lac. Plin. xxix. mulieris cum braſſica & cinere muſcarum.
Lapis magnetes. Cir. puluis ſubtiliſſimus cū ſucco fœniculi.
Lapis acutorius. Serap. ſm Dioſ. fricatura eius cū ferro linita, facit naſci capillos in ea, & fricatio cotis olearis, cōfert alopecię
Lepus. Serap. ſm Dioſ. & Gal. caput vſtum cum adipe vrſi aut

aceto, curat. Auicen. caput proprie marini. Halia. marini cum adipe vrsi vel aceto.
Mus. Serap. Aui. Pli. z9. stercus. Halia. cinis capitis cum melle. Kiranides similiter, cum adipe porci, vel vrsi & cinere.
Muscę. Plinius. z9. capita earũ recentia, cinis etiam earum cũ cinere cartarũ vel nucũ ęquali ter. Hali. combustæ cũ melle.
Nasturtiũ. Pli. xx. Apul. semen cũ adipe anseris, caluiciei confert.
Narcissus. Auicenna. radix.
Nenufar. Plinius. z5. radix illinita. Auic. radix cum pice. Serap. secundum Gal. similiter.
Nuces. Plin. z3. cortices vstę cũ vino & oleo. Serap. fm Dio. sisr. vel nuclei vetustarũ masticati.
Sinapis. Nicolaus.
Nucis. Plinius. z3.
Oleũ De kerua. Auicenna.
Laurinum. Nicol. Aui.
Passeres. Kiranides, stercus cum adipe porci.
Pix. Auic. emplastrũ facit nasci pilos in alopecia. Serap. fm Dios. emplastrum cum farina hordei similiter. Plinius. pix sicca.
Polytrychum. Plinius. zz.
Porcus spinosus. Kir. caput vstũ cũ melle, vel coriũ eius tritum.
Raphanus. Serap. fm Dios. cum faria lolij, facit nasci pilos i alopecia. Aui. cũ oleo & faria lolij.
Ranarum cinis. Aui. Serapio fm Gal. & Dios. cum pice humida, alopeciã aufert. Halia. cũ melle multũ valet. Kir. cum pice, & ēt paruarum ranarum similiter.
Robur. Plinius. z4. pilula eius cum adipe vrsi.
Rosa. Pli. z1. syluestris cum adipe vrsi. Et. xxv. syluestrium rosarũ spongiolæ in spinis earũ nascentes vstæ cum melle.
Rubus. Plinius vigesimoquarto, rosa eius cum axungia.
Ruta. Auicenna.
Sandaraca. Pli. z4. aceto illinita.
Sebesten. Colliget.
Serpens. Auicenna. carnes sumptæ maxime valent.
Sycla. Auicen. emplastrum post ablutionem cum nitro.
Sinapis. Pli. xx. Mac. cũ melle. Serap. fm Dios. emplastrum. Aui.
Solatrum. Apuleius. succus.
Scabiosa. Cir. succ⁹ eius & aq̃ decoctionis eius, & tassi barbassi.
Spuma maris. Al. Aui. vsta. Hali. vsta cum aceto. Sera. fm Gal. & Diosc. tertia & quarta eius spẽs vsta mista vino rubeo subtilis substantiæ, & linita curat.
Sqlla. Auic. cũ oleo & gũmi pini.
Staphisagria. Aui. in antiq̃ valet.
Stercus caprarũ. Halia. vstũ cum aceto cataplasmatũ. Aui. pprie montanarũ vstũ. Sera. fm Gal. sed fm Dios. vstũ cum aceto & secaniabin linitum curat.
Stercus muris. Sera. fm Gal. confert. secũdum Dioscoridẽ, cum aceto linitum curat.
Talpa. Auicenna. stercus.
Tesisie, id est gummi rutæ. Auic. valde valet.
Thapsia. Serap. fm Dios. fricatio cum cortice radicis, vel cum lycinio eius, facit nasci capillos in ea. Hali. lac cataplasmatum. Auicen. & non est ei par.
Taurus. Plin. z8. fel. Kir. fimus.
Testudo. Plin. trigesimosecũdo, sanguis marinæ illinitus.
Vipa. Aui. Pli. z6. pellis ei⁹ vsta.
Vitulus marinus. Kiranides. caput vstum cum cedria.
Vngulæ. Serap. fm Dios. caprarũ vstæ cũ aceto linitę curãt. Hali. iumentorũ cinis cum oleo.
Vulpis. Sextus. oleum decoctionis cum bitumine.
Yera Logodion. Aui. ij. v. Serap. ix. antid. Haliab. vij. antidota.
Yera Rufi. Hali. Auic. ibidem.
Ysopus humida. Kiran. cũ oleo omphacino & vino.

Tiriæ capitis & tineæ.

ABSINTHIVM. Aui. confert tiriæ. Berseguascen, id est capilli Veneris. Auicenna. cinis cum aceto & oleo.
Castaneæ. Col. combustæ.
Costum. Colliget.
Colocynthis. Serap. folia bibita laxando conferunt valde.
Eupatorium. Aui. in principio.
Gallitrychum. Thes. cap. herbæ Veneris, empl'm tyrię valet.
Lepus marinus. Aui. caput vstũ.
Oleum laurinum. Nicol.
Pix. Circainstans. fiat capellum ex ea cum colophonia.
Rubea. Colliget.
Sebesten.
Sulphur. Colliget.
Squilla. Auicen. cum oleo & gummi pini.
Staphisagria. Plinius. z3.
Styrax. Circainst. apponatur.
Yera Logodiõ. Aui. ij. quinti. Serapio, ix. anti. Hali. vij. antido.

Furfuribus capitis & corporis.

ACETVM. PLIN. vigesimotertio, furfuribus corporis valet.
Allium. Sera. fm Dios. combustũ cum melle, furfuribus capitis.
Alumen. Pli. 35. cũ pice. Sera. fm Dio. vstũ cũ aqua picis, aufert.
Amygdalæ. Auic. lotio earũ cũ vino. Plinius vigesimotertio, amarę, furfuribus faciei.
Arundo. Plinius. z4. cum vino cocta, furfuribus capitis.
Baurach. Auicenna.
Batheca. Auic. quod interius est.
Bulbus. Auicen. Sextus. cũ nitro asso. Ignotus similiter.
Bleta. Serap. secundum Dios. decoctio eius, & radicis lotio.
Chamędrys vl' chamępitys. Cir. cũ lupinis, aqua salsa, & aceto.
Chamomilla. Macer. folia, vel cũ melle in furfuribus faciei.
Canabis. Auicen. succus foliorũ & oleum seminis.
Capra. Sextus. cornu serratura cũ farina, furfuribus.
Capilli Veneris. Mes. Auic. Serapio. cum cineribus.
Caprificus. Plin. z3. folia cũ aceto, corporis furfuribus.
Caules. Auicen. decoctio.
Elleborus. Circa. puluere eius in aceto decoctionis lupinorum, liniatur caput.
Fel. Plin. z8. tauri tollit etiam ex facie, & porci. Aui. bouis cũ nitro & cimolea. Serap. fm Dios. tauri lauato capite curat pfecte
Fœnugręcum. Pli. z3. puluis cũ vino & nitro, celeriter etiã tollit ex facie decoctio eius. Serap. fm Dios. abluendo. Aui. sisr.
Fæx vini. Plin. z3. vsta cũ ficu.
Ficus. Serap. fm Dios. folia agrestis cũ sale & aceto empłata.
Gluten albotin. Auicenna, furfuribus faciei valet.
Laurus. Pli. z3. baca cũ coleo.
Laudanum. Plin. z6. cum sale.

Lilij

Lilij radix. Pli. xxj. etiã furfuribus faciei. Serap. fm Dios. cũ melle. Aui. oleum eius. Macer. bulbus eius coctus, furfuribus faciei.
Malua. Pli. z 1. radix cocta. Mac. similiter, addit vrina.
Myrtus. Plinius. z 4. Serap. Auicennna. Haliab. decoctio.
Nasturtiũ. Apul. cũ adipe ãseris.
Nitrum. Circainst. cum melle & oleo abluto prius capite cũ aceto & aqua salsa.
Oleum. Plin. z 3. myrtinũ. Item amygdalarum cũ vino. Serap. agreste amygdalarũ. Aui. amararum. Itẽ fœnugræci Hal. myrtinum. Mac. viol. Nic. amygdarum amararum cum vino.
Oliua. Pli. z 3. aqua fructicis recentis accensi. Serap. fm Dios. similiter, etiã emplm fructus.
Olibanum. Auicenna. loto prius capite cum nitro.
Polytrychum. Plinius. z 3. valet etiam furfuribus faciei.
Raphanus. Plin. xx. syluestris.
Salix. Serap. fm Dios. decoctio foliorum. Hali. fir. Aui. decoctio speciei dictæ garab. Pli. z 4. flores & folia, furfuribus faciei.
Sicla. Auicenna. aqua eius.
Sisamus. aqua decoctionis frondium. Aui. succus arboris.
Scedenegi. Auicenna.
Squilla. Plinius. xx. folia.
Stercus adip. Auicenna.
Staphisagria. Plinius. xx. trita facilius cum sandaraca.
Tartarus. Circain. cum aqua decoctionis staphisagriæ.
Triticum. Plinius. z z. farina cũ rosaceo & ficu sicca.
Vitis alba. Serap. Auicen. aufert ex capite furfures.
Vitrum. Haliab. Auic. Serapio. aufert ex capite furfures.
Vrina. Serap. fm Gal. hoĩs abluto capite. Auic. cameli & tauri. Hali. hoĩs & cerui loto corpore. Sextus. hoĩs cũ nitro apposita.
Yera Logodion. Serap. ix. antid.
Yera Archigenis. Serap. ix. antid.

Prurigini capitis.

ADEPS. PLIN. vigesimooctauo, vrsi. Ceruus. Pli. z 8. cornu.
Cicera. Is. eius decoctiõe lauari.
Fel. Plinius, z 8. capræ, vel porci, vel ouis cum creta, cimolea & aceto linitum.
Fœnugræcum. Plin. z 4. cum vino & nitro celeriter operatur.
Mentastrum. Pli. xx. cum aceto.
Nasturtium. Apuleius. semen cũ adipe anseris.
Sinapis. Plinius vigesimo.
Testudo. Plinius. 3 z. sanguis illinitus, proprie marinæ.
Vrina. Plin. vigesimooctauo.
Ysopus. Plin. xxv. tritus cũ oleo.

De dispositionibus decorationis in cute corporis. Cap. III.

Cuti conferẽtia, & morbis eius.

CONFECTIO HAmech. Mes. iij. antido.
Oleum de ouis. Mesue duodecimo antidotarij.
Syrup⁹ de fumo terræ. Mes. vj. ãti.
Vitis. Gal. vj. simpli. vuæ domesticæ, vel syluestris, vel extremitates eius, cõleruãt cutẽ hoĩs.

Asperitati membrorũ & cutis.

OLEVM SISAminum. Mes. xij. anti. Oleũ amygdalarũ dulciũ & amararum. Mes. ibidem.
Oleum sambacinum. Mesue. xij. antido. lenit cutem.
Oleum de frumento, & oleũ amygdalarum amararum. Mesu. ibidem, leniunt cutem.
Vnguẽtũ alfasitricõ. Mes. xj. ãti.

Mundificantia cutem à maculis, infectione, & fœditate eius.

AGARICVS. MEsue. vsus ei⁹ aufert fœditatem coloris cutis acquirens ei colorem bonum.
Alkanna. Kir. abstergit & subtiliat abluto prius loco cum calida postquã steterit prius in balneo. alkanna distemperata cum albumine oui & aceto liniatur locus, & secundo die iterũ eum calida liniatur, & sic fiat tertia vel quarta die.
Althæa. Macer. semen cum aceto & oleo.
Amygdala amara, Plin, z 3, in aq̃ trita. Item radix arboris.
Aqua lactis. Mes. est medicina bona infectioni cutis quarũ materia est calida, & humores adusti.
Asina. Sextus. lacte eius cũ fabæ linimẽto misto, lauetur: melius si mulsam liquidam miscueris.
Batheca. Auicen. ipsa & semen.
Bucormariem. Auicen. radix.
Been. Mesue. oleum eius confert fœditati cutis.
Caulis. Serap. secundum Gal. semen. Mac. cum albumine & alumine non sciffo, & aceto.
Chelidonia. Macer. folia cataplasmata.
Cepe. Macer. succo cum aceto sæpe fricare. Cir. Isa. vsus eius pulchram cutim inducit.
Cyclamen. Hali. Aui. radix. Sera. fm Gal. semen. fm Paulũ, cum sapa mundificat. fm alium, emplastrũ ex semine recẽti, vel succo, aufert oẽ qđ nascit in cute.
Cucumer asininus. Mes. ex succo radicis, & farina fabarum fit linimentum bonum abstergens fœditatem cutis.
Dragontea. Gal. vj. simplicium, cum aceto. Mac. similiter. Ignotus similiter radix.
Elleborus. Macer. Auicen. applicatus. Mes. cum aceto fricatus, remouet fœditatem cutis.
Eruca. Macer. cum melle.
Erbum, id est orobus. Plin. z z. Isaac. cutem clarificat.
Faba. Isa. ablutio cum farina ei⁹, cutem manus & faciẽ mũdat.
Ficus. Sera. fm Dios. ficcæ coctæ cũ fœnugræco linitæ, sed lac ei⁹. impositũ in emplastris conuenientibus, confert maculis factis ab humoribus.
Lithargyr⁹. Ser. fm Dio. ablut⁹ & dealbat⁹, abstergit sordes cutis.
Lupini. Plin. vigesimosecundo. Serap. fm Dios. maculis.
Mel. Serap. secundum Dios. mel amari saporis.
Melitinus lapis. Pli. 3 6. cũ cera.
Melones. Serap. fm Gal. propriè semen siccatum & tritũ in limaturis positum. fm Isa. semen.
Narcissus. Serap. fm Gal. cũ orobo, mundat sordes corporis. fm Dios. cum orobo & melle.
Nasturtium. Pli. xx. cum pice.
Nigella. Serapio secundum Gal. maculas aufert cutis.

Oleū Amygdalarum.Plin.z 3.
De ben.
De cerasis.
De mabaleb.
Sambacinū.Mes.xij.ant.
De mezereon.
De serpentibus.
De ouis.
De iunipero.
De fraxino.

Oua.Sex.albumen cum faba friza confricata, & in sole fricatū, maiores maculas subtiliat.
Panis porcinus. Mes.est ex maxime mundificantibus cutem, & resoluentibus eius fœditatem.
Papauer rubeū. Hali. flores eius.
Palma Christi. Auicen.proprie.
Raphanus. Auicen. mundificat a colore extraneis.
Rapa syluestris. Plin.xx.semē.Serapio sm Dios.cum farina fabarum, & lupinorum, & orobi.
Rizi. Isa. linire cum eo vel aqua eius, cito mundificat.
Rubea.Auicenna.ab omni vestigio mundat.
Ruta.Plinius vigesimo.
Sauina.Serap. sm Dioscoridem. Macer.in ceroto.
Serpentaria.Mesu.vtraq; species aufert fœditatem cutis, proprie cum melle.
Scamonea.Serapio sm Paulum, abstergit cutem.
Spuma argenti. Plinius.z 3.
Spuma maris.Serap.sm Dios.prima & secunda eius species.
Sputum. Serap. sm Galenū, abstergit maculas corporis.
Stercus.Serapio. stellionis mundificat & clarificat multum.
Vitis agrestis. Sera.vj.simplicirū, vua, & extremitates eius sale cōditæ. Serap.sm Dios.& Gal.
Vitis alba.Plinius.z 3. succus radicis cum herbo.Sera.sm Dios. radix cū orobo & fœnugræco. Mesu.succus radicis proprie cū farina ciceris & fabarum, abstergit fœditatem cutis.
Vnguentum althęę. Mes.xj.ant.
Vnguentū alfasiricō. Mes.xj.āti.

Faciem præseruantia iuniorem, eiusq́; cutem extendentia.

AMYGDALÆ.amaræ.Auic. rugis faciei. Plini. vigesimotertio, decoctio radicis.
Adeps. Plin. z 8. leonis cū roseo. Et.xxx.anseris, gallinæ, & cycni.
Ampelosagria.Plinius.z 7.
Anisum.Plinius vigesimo.
Anagallys. Thes.succus cū aqua rof.linitus.Igno.cum oleo ros.
Aqua ros.Circ. subtiliat cutem.
Axungia. Plinius.z 8.
Ceruisia.Plinius.z z.spuma eius & similium potuum.
Conchylia.Plinius.z z.cinis eorum cum melle. vij.diebus illinitus, ita vt octauo foueantur albo oui rugis confert.
Gallitrychū. The.vnguētū ex eo.
Gluten.Serapio sm Dios.& Paulum, pisciū linitum extēdit cutem.Plinius. 3 z.similiter.
Icthyocolla. Pli. 3 z.in aq̄ cocta horis.iiij.deinde cōtusa & subacta ad liquorem mellis illinita facie, post horas.iiij.abluatur.
Lac.Pli.z 8.asinæ rugis faciei.
Lentiscus.Pli.z 4.lachryma eius.
Lilium.Sera.sm Dios.radix. Aui. similiter.Mac.bulbus lilij coct⁹ applicatus cum ceroto.
Lithargyrus.Serap. sm Dios.ablutum albificatū, extendit cutē.
Mastiche.Plinius.z 4. Auic.pulchritudinem possidere facit.
Mel.Plinius.xxx.in quo apes sunt mortuæ, vtilissimum in facie, præcipue tamē purgat faciem, atque extendit cutem.
Oleū amygdalarū.Plin.z 3.Aui. proprie amararum cum melle, radicis lilij, & cera liquefacta. Nicol.extendit rugas faciei.
Sal. Plinius. 3 1.apponitur in vnguentis ad extendendū cutem.
Terachia.Plinius.3 5.
Testæ.Pli.3 z.cinis ostracorum, muricum, & conchyliorum.
Tilia. Plinius.z 4.humor in folliculis eius nascens.
Vitis alba.Circ. assata radix.
Vnguentum citrinū. Nicol.pulchram reddit faciem.

Mūdificātia, Clarificātia, Dealbātia faciē, et maculas ei⁹ abstergētia

ADEPS. PLI.30. cychni, & gallinæ.
Amydum. Auicenna.
Amygdalæ amaræ. Plinius vigesimotertio, radix, & oleū. Serap. sm Diosco, radix cocta & bene trita, mūdificat maculas faciei. et silr amygdalæ emplastratæ, & oleū eius similiter aufert maculas faciei.
Anagallys. Thes.medicamē ex eo cum melle. Igno.succus cū melle, lycio indico, aceto acerrimo supermistis, ex quo si mulier faciem perūngat, clarā & tersam habebit. Itē succi quantū sufficit, spumę maris drac.iiij.pumicis drac.viij.licij indici drac.ij. gallę drac.viij.iris illyricę drac.xx.mellis drac.viij.hoc vitia de facie tollit prius nitro facie peruncta.
Ampelosagria.Pli.z 7.
Andacoca syluestris. Serapio secundum Dios.cum melle.
Argentum viuum. Cir.cū axungia gallinæ & cerussa mistum, clarificat & dealbat.
Aqua rosata.Circainstans.abstergit maculas faciei.
Belliculi marini.Cir.puluis subtilissim⁹ cū pinguedine gallīæ.
Borax.Circ.cū aqua rof.linitus, vel cū melle albo mūdo, aut cū vnguēto citrino, aut cū pinguedine gallinę. Nota q vnc.ij.aq̄ rosatæ sufficiunt, scrupu.iij.& in libra.j.mellis vnc.j.
Bulb⁹. Ig cū spuma maris vsta.
Capra. Sex.fellis drach.j.farinæ lupinorum & mellis drach.iiij. liniatur facies.
Caulis.Serap. sm Dios.semen.
Cyclamen. Plin.z 6.Serapio sm Diosc.radix cum aceto.
Cyminum. Auicenna. decoctiō eius intus & extra.
Cinis. Plin. 3 z.muricū, vel testarū conchyliorū cū melle linit⁹. Et.xxx.cochlearū quę late sunt, & minutarum cinis cum melle.
Columbus. kir.stercus cū aceto.
Cucumer asininus. Serapio sm Dios.puluis radicis.Aui.similiter.Mes.succus radicis cum farina fabarum illinitus.
Draganthum.Circainst.cū aqua ros.faciem dealbat.
Ebur. Plinius.z 8.ramētum eius cum melle. Sex.similiter.
Eruca. Pli.xx.semē eius exterius.
Effion, id est cresson. Plinius.z z. statim emendat.
Ferula.Plinius.xx.viris.
Fungi.Plinius.z z.
Frumentū.Aui.& eiusdē farina.
Gallitrychū. The.vnguētū ex eo.

Gentiana.

Colorem bonum inducentia , meliorantia,& clarificantia.

Diatomaticē. Via. in cu. hydro.
Elleborus. Mesue. vsus eius colorem efficit bonum.

Electua.
De gemmis.
Aromaticum Galeni.
Mes. primo antido.
Letificans. Mes. j. ant. & in cu. melan. Diuisionū cap. de timore
Regum.
Cabrosius. Aui. iij. v.
Alefangius.
Cartami. Hal. vj. anti.
Baiadari. Hal. xiiij. ãt.
Purgamenti ferri. Haliab. xiiij. antidota.
Myrabolanorū indorū Alman. iij. tractatu cap. viij. de conditis murabat.
Eruum. Plinius. z z. si quotidie ieiunus decoctionem biberit.
Es vstum. Cir. locū decies sicut & lapis lazuli cū succo fœniculi, vel oxymelle sumptū purgando melācholiā cōfert discoloratis.
Faba. Auicenna. emplastrum.
Fangius cōfectio. Serap. xx. anti.
Fœnugræ cum. Auicenna.
Ficus. Aui. sumptæ rectificant colorem corruptum causa ægritudinis. Serap. secundum Diosc. similiter, ficus siccæ in causa ægritudinis antiquæ.
Gallitrichum. Thessalus. vnguētum ex eo.
Gummi. Plin. z4. Sera. fm Diosc. cerasorū cum vino sumptum.
Lac. Aui. bibitum, maxime cum zuccaro proprie mulieris.
Lupini. Plin. vigesimosecundo, frequens eorum comestio.
Medicamen de musco dulce. Haliabas sexto antidotarij.
Melicratū conditū. Mes. vj. anti.
Mithridatum. Al. viij. tract. capi j. Hali. vj. anti. Serap. viij. anti.
Myrabolani. Serap. cap. emblicorum, quando adunātur omnes tres species eorū cū emblicis & bellyricis, miscetur eū eis modicum olei amygdalarū dulcium, & conficitur cum melle, clarificant colorem. & cap. myrabolanorum. fm Iudæum, nigri clarificant colorem. Mes. myrabolani acquirunt vtentibus colorē bonum, & infra, indi clarificant colorē. Aui. similiter de Indis.
Nigella. Auicenna.
Nux muscata. Cir. medietas vni⁹ mane sumpta, discolorationem causatam ex frigiditate, remouet experientia doctus.

Oleū
Fœnugræci. Auicē. valet colori corrupto, pprie in albugine oculorum.
Mastichinum. Nic. facit colorem pulchrum.
Nardinum.
De costo. xij. antidotarij. Aui. decimo quinti.
De croco.
De hasce. Aui. ibidē. Serapio. xxv. antido.
Orobus. Auicenna. Serap. secundum Diosc. farina eius.
Sal vstum. Auicen. vsus eius vsti cum melle.
Sambucus. Auicenna.
Syrupus de fumo terræ minor. Mes. vj. anti. Via. in cu. hydrop.
Sotira. Aui. primo quinti.
Sufuf Arist. Aui. iiij. quinti.
Scamonea. Serap. fm Paulum.
Squilla. Plinius. z 3. acetū eius. Serap. acetum meliorat colorē. Auicenna. acetum, & syrupus. Mesue. syrupus.
Stercus. Auicēna. lacertæ, stellionis, columbarum.
Theodoricō magnū. Hal. vij. ãti.
Theodoricō hyperistō. Nic. simplex. i. non solutiuū sumptum.

Tryphera
Saracenica.
Muscata Galeni.
Fauonis minor. Mes. primo antidota.
Maior. Haliab. xiiij. antido. Serap. xx. antid.
Minor. Serap. ibidem.
Ioannicij. Mesu. in cura fœtoris oris.
De scoria minor. Aui. tertio quinti.
Vetonica. Plin. z 6. potata, colorem plūbeū corporis priuatim emendat, & gratiorē reddit.
Vinum. Serapio. omne purum.
Vitis alba. Kir. radix assata.
Yssopus herba. Serap. fm Diosc. Aui. sumptus. Macer. sæpe sumptus. Mes. qa iuuat digestionē.

Candidantia, & Dealbātia faciem, & cutim.

ANAGALLYS. Ig. succo cum ros. facies liniatur.
Aries. Kir. hepar recens & vaporans, mulierum mamillis appositum, coloratam & præclaram reddit faciem.
Aristolochia. Thessalus. vnguētum ex folijs.
Cerussa. Plinius. z4. & 3 5.
Citrinum vnguentū. Nic. ad solem vnctū, nigredinem tollit.
Iuuencus. i. vitulus. Plin. z 8. talum candidi quadraginta dieb⁹ noctibusq; donec dissoluatur in liquorem, decoctum & illinitū in linteolo, candorem, cutisq; erugationem pręstare dicitur.
Lac. Sextus. asinæ cum fabis linire, iuuat.
Rapa syluestris. Plin. vigesimo, semen mista vrina pueri.
Taurus. Sextus. sanguis linitus.
Kiranides. fel.
Tilia. Plinius. z4. humor in folliculis eius nascens.

Pallorem inducentia.

AMY. PLIN. XX. et est spēs cymini.
Cyminum. Plin. xx. interius sumptum. Igno. cuti impositum vel potatum. Circainst. frequens vsus cymini, discolorationem inducit.

Citrinantia cutim & faciem,

ACETVM. AVIC. ipsiūs multiplicatio.
Ameos. Serap. secūdum Dioscoridem, potatum vel linitum. Auicenna similiter.
Cyminum. Serapio fm Dioscoridem, linito corpore, vel nimius eius vsus assumptionis. Auic. nimius vsus eius.
Herbum. i. orobus. Auicenna.

Rubificantia faciem & cutim.

ALLIVM. PLI. XX. Cepe. Auicenna.
Costus. Colliget.
Enula. Colliget.
Sambucus. Auicenna. eius odoratio multa.
Thapsia. Auicen. & non dimittatur applicata vltra horam.
Taurus. Plinius decimooctauo, fimus eius.
Viticella. Circ. ex radice expresso succo, fricetur facies.

Rubori

Rubori faciei, & lepræ eius.

BVLBVS CVM MEle. Plinius vigesimo.
Butyrum. Al. crudum.
Equus. Plinius. 28. spuma eius, cinis etiam vngulæ rubori cum prurigine valet.
Lilium. Circ. radicibus viridibus cachimia, camphoram, & oleū sambacinū, ad vltimum argentum viuum extinctum. hoc vnguentum ruborē innaturalē faciei remouet.
Raphanus. Colliget. aufert citrinitatem faciei.
Vrtica. Pli. 22. syluestris cū vino potata, rubori faciei valet.

Liuori faciei & cutis.

ABROTANVM. Serapio ſm Dioſc. decoctio vel iſuſio ſeminis eius crudi in aqua ſumpta, liuori lacertorum confert.
Abſinthium. Aui. Apul. coctum in aqua & appoſitū. q̄ſi corpus fuerit molle, cū melle apponaf.
Allium. Plin. xx. vſtū cum oleo.
Aloe. Plin. 28. cū melle linitum.
Apium. Macer. comeſtum ſæpe in ieiuno in ægris.
Aqua maris. Pli. trigeſimoprimo & poſt aceto foueri.
Calamenthum. Serap. ſm Galenum, abſtergit liuores emplaſtratum, coctum in vino.
Centaurea. Apul. ſucco maioris limti.
Cyclamen. Serap. ſm Dioſc. ſuccus radicis coctæ ad ſpiſſitudinem mellis linitus.
Cyminum. Serap. ſm Dioſ. ſemē ſyiueſtris maſticatū cum melle & paſſulis, liuori ſanguis mortui valet.
Cotula. Ign. folia trita cū aceto.
Kekengi. Ignotus. applicata.
Lupinus. Plin. 22. Halia. Serapio ſm Galenum, farina eius.
Mel. Serapio ſecundū Dioſ. amari ſaporis linitum in facie.
Mercurialis. Ig. tūſa applicata.
Nigella. Auicenna.
Orobus. Serapio ſm Dioſc. cum melle, abſtergit liuorem.
Ouorum vitelli. Plin. 29. cū bulbis & melle. Sextus. cum aqua cocti per ſe, & impoſiti.
Pulmo. Plin. xxx. arietis vel ouis appoſitus calidus, & minutim inciſus. Sextus ſimiliter.
Raphanus. Serap. ſecundū Gal. omni liuori ſub cute valet.
Rhecoma. Plin. 27. cum aceto.
Reu. Serap. ſecſidum Galenum, cum aceto linitum.
Sauina. Serap. ſm Dioſcoridem.
Sinapis. Plin. xx. cum melle & adipe anſeris, aut cera linita.
Spina alba. Ignotus. recens cataplaſmata.
Scordiō herba. Pli. 22. decoctio.
Stercus columbi. Plinius. xxx.
Thapſia. Serap. ſm Dioſc. cortex radicis contritus, aut lachrym⁹ cum olibano aut vinum applicetur, & dimittatur horis duabus tantum, & poſt ablutionē fundatur locus cū aqua calida.

Spaſmo et contractionibus faciei.

AQVA CASEI. Auicenna.
Grus. Haliabas, fel naribus inſtillatum.

Inflationi, & Tumori faciei.

ANISVM. AVIC. Kirides ſpecies cōchyliorum. Kiranides. combuſti cum melle.

Puſtulis & Bothor in facie.

ALVMINA. SER. ſecundum Dioſ. auferunt bothor.
Bombax. Serapio ſm Albuzari, oleum ſeminis confert puſtulis calidis in facie.
Caulis. Serap. ſm Dioſ. ſemen.
Citrinum vnguentum. Nic. puſtulas phlegmatis ſalſi in facie ortas, mirabiliter aufert.
Gluten. Alman. de corijs.
Lupini. Auicenna.
Semen lini. Serap. ſm Dioſ. cum ficubus & nitro, puſtulis albis.
Triticū. Iſa. cum aceto & melle.

Fiſſuris faciei.

ADEPS. AVIC. anſeris. Pli. 28. adeps anſeris, medulla cerui, reſina, & calx, fiſſuris labiorum.
Seuum. Plin. 28. vituli cum adipe anſeris, & ſucco ozimi, vel medulla cerui, & folia albę ſpię.
Viſcus, id eſt glutē albotin. Auicenna. humiditati lacteæ infantiæ ſub cute.
Butyrum. Plin. vigeſimooctauo, efficacius cum ceruſſa.
Caſtalignea. Serap. ſm Dioſc. cū melle linita.
Markaſita. Auicen. reſoluit. Serapio ſecundum aliquos, ꝓprietate reſoluit humiditatem corruptam quæ eſt ſub cute.

Stigmatibus & veſtigijs faciei.

CYGNVS. PLIN. 30. adepseius.
Columbus. Plinius trigeſimo, ſtercus cum aceto.
Liton herba. Pli. 26. cum melle.
Mandragora. Pli. 28. linita. Ig. ſeptem diebus linita fricata.
Spuma maris.
Yſſopus herba.
Zinziber caninum. Auicen

Præſeruantia faciem ab aduſtione ſolis.

ALBVMEN OVI. Plinius. 29. Aui. Serapio ſm Dioſ. linitum.
Oleum amygdalarum. Plinius vigeſimotertio, cum cera.
Seuum. Plin. 28. aſini vel bubali.

Genarum paſſionibus, & faciei conferentia.

ADEPS. PLI. 30. gallinę cum cepe.
Cochleæ. Plinius trigeſimo, cinis paruarum.
Collyrium ieracium. Plin. 24.
Formicę. Pli. 30. cōtritę cū ſale.
Mel. Plin. trigeſimo, in quo mortuæ ſunt apes.
Squamma ferri. Plinius. 24.
Vitulus. Plin. vigeſimooctauo, ſeuum eius cum adipe anſeris, & ſucco ozimi aptiſſimum.

Duriciei genarum.

AMYLVM. PLIN. vigeſimoſecundo.
Lana. Pli. 29. torrefcā.
Vitulus. Plinius vigeſimoocta-

uo, medulla eius cum cera, oleo rof. & ouo.

Inflationi genarum.

HYSSOPVS HVmida. Plinius. 29.
Leo. Plin. vigefimooctauo, pinguedo eius.
Sanguifuga. Haliabas. apponere eas maxime prodeft.

Vlceribus fcabiei, & corrofioni genarum.

ALOE. PLIN. 27.
Afphodelus. Plin. 22. folia in vino.
Elaterium. Plinius vigefimo.
Lana. Plinius. 29. cinis eius.
Lupinus. Auicenna.
Melitinus lapis. Pli. 36. cũ cera.
Nitrum. Plinius. 31. cum ficu aut cum paffo linitum, vel cum melle & lacte bubali.
Oenanthe. Plinius. 23.
Oleum omphacinum inũctum. Plinius. 23. cum melle.
Oleum raphani. Plinius. 23.
Oliua. Plin. 23. fuccus foliorum.
Polytrychum. Plinius. 22.
Rubigo ferri. Plin. vigefimoquarto, cũ oleo myrti, & cera, & fquama ferri fimiliter.
Sepia. Plin. 32. puluis offis eius.
Sinapis. Plinius. xx. cum melle.
Squilla. Plinius vigefimo, cum fulphure & aceto.
Spongia. Plin. 31. combufta.
Yffopus humida. Plinius, 29.

Veftigijs & maculis cutis.

ADEPS. AVICENna. afini veftigijs cutis confert.
Cucumer erraticus. Plinius. xx.
Ficus. Serap. fm Diof. ficcæ coctæ cum fœnugræco, maculis cutis conferunt. Lac vero arboris in emplaftris cõuenientibus pofitum, confert maculis factis ab humoribus.
Lupinus. Plin. 22. Serapio fecundum Dio. maculis cutis cõfert. Aui. abftergit veftigia ꝓprie cũ pluuiali coct⁹ donec diffoluat.
Nigella. Serapio fecundum Gal. maculas aufert.
Oleum amygdalarũ. Aui. cũ melle, radice lilij, & cera, veftigijs confert. Nicol. amararum.
Orobus. Serap. fm Diof. cũ melle, maculas abftergit cutis.
Raphanus. Auicen. femen, coloribus confert extraneis.
Reubarbarum. Aui. cũ aceto linitum, & etiam affumptio eius confert veftigijs remanentibus in cute.
Ruta. Plinius. xx. radix exterius.
Sifymbrium. Plinius vigefimo.
Tefifia, id eft gummi rutæ. Aui. veftigijs cõfert fuperpofita, ita quod cito auferatur.

Maculis albis.

FABA. SERAPIO fecundũ Dio. abftergit eas.
Rubea tinctorum. Serapio fecundum Diofcoridẽ, linita.

Veftigijs, Maculis, & Cicatricibus nigris.

BOTRACION. Apuleius. cum radice trita cũ aceto apponatur, aufert cicatricem nigram, & colorem naturalem inducit.
Bulbus. Serap. fm Diof. cum euphorbio, valet cicatricibus nigris, & cõfolidationi vlcerum.
Igno. cum fpuma maris vfta.
Calamenthũ. Serap. fm Diof. coctum recẽs cũ ruta, aufert cicatrices nigras. Aui. cũ vĩo coctũ.
Cucumer afininus. Aui. Serapio fm Diofc. puluis radicis.
Eruca. Plin. vigefimo, cũ felle bubali. Macer fimiliter.
Lithargyrus. Auicenna.
Lupinus. Plin. vigefimofecũdo.
Narciffus. Plinius. 21.
Nepita. Macer. trita appofita, vel decoctio in vino.
Oleum cucumeris afinini. Mefu. duodecimo antidota.
Ouum. Auicenna. vitellus affat⁹ cum melle.
Pellicanus. Kir. fel eius cũ nitro.
Pæonia. Auicenna.
Pilulæ indæ. Mefue. in cura fodæ melancholicæ.
Pulmo. Serapio. arietis minutim incifus.
Plantago. Macer.
Satyrion. Apul. radix.
Seuum. Plinius. 28. afini.
Thapfia. Auicenna.
Taurus. Kir. fel cũ aceto folutũ.
Vitis alba. Serap. fm Diof. radix cum orobo & fœnugræco. Kir. fiſr cum oleo cocta. Auic. fiſr.

Violaceis veftigijs conferentia.

ABSINTHIVM. Aui. remouet veftigia violacea fub oculis & alijs locis.
Maiorana. Auic. ficca linita cum melle fuper nigredinem fanguinis & viriditatem eius, proprie fub oculis confert.

Veftigijs percuffionis.

ABSINTHIVM. Circ. fuccus cum cymino & melle liuori percuffionis.
Abrotanum. Sera. fm Diof. aqua decoctionis bibita, attritioni & liuori lacertorum confert.
Aloe. Auicen. cum melle.
Amygdala. Auicen. amara.
Anifum. Circ. cum cymino & cera præcipue in facie.
Axungia. Plin. vigefimooctauo.
Calamus aromaticus. Serap. fm Habyx, liuori percuffiõis valet.
Cyminum. Serap. fm Diof. agrefte mafticatum miftũ cũ melle & paffulis, aufert liuorẽ fanguinis mortui. Cir. cũ cera ad ignẽ pofitum fæpius appofitum, eft remedium certum.
Cucumer afininus. Mefu. fuccus radicis cum melle, remouet veftigia magna percuffionis.
Lana fuccida. Plinius. 29.
Lupinus. Serapio fm Gal. farina eius curat liuores. fm Diofcoridem, cicatrices percuffionis.
Maiorana. Serap. fecũdum Eben Mef. fuccus linitus. Auicen. ficca cum melle linita fuper nigredinem fanguinis.
Mel. Auicenna. cum fale. Serapio
Nux. Aui. recẽs emplaftrata. Serapio fecundum Diof. fimiliter. fecundum Diof. fimiliter.
Raphanus. Serap. fm Rafim, delet cicatrices percuffionis. Aui. fimiliter. Plin. vigefimo.
Reubarbarum. Serap. fecundum Diofc. cum aceto linitum.
Sal. Mef. cum oleo & melle, delet veftigia

vestigia percussiõis magna.
Sisamum. Auicen. resoluit percussionis viriditatem.
Sumach. Serap. fm Diosc. emplm granorũ phibet viriditatẽ euenientem a percussione vel casu.
Spongia. Plinius. 31. cum aqua salsa calida sæpius mutata.
Spuma argenti. Plinius. 33.
Tithymalus. Plinius. 26.
Thymus. Serap. fm Dio. emplm.
Vitis alba. Plinius. 23.

Malo mortuo.

Confectio alfesiuncon. Mes. xj. anti.
Oleum de iunipero. Mes. duodecimo antidotarij.
Oleum de fraxino. Mes. xij. anti.

Vestigijs & liuori sanguinis.

Acetum. Auic. cum melle.
Ameos. Auicenna. emplastratum cum melle.
Anethum. Auicenna.
Arsenicum. Al. Aui. cũ myrrha.
Lupini. Plin. vigesimosecundo.
Maiorana. Serap. fm Eben Mesu. succus linitus, & ideo post veniositatẽ liniatur locus ne appareãt vestigia & cicatrices percussionum. Auicen. sicca cũ melle.
Mandragora. Auicenna.
Sal. Auicenna. vstum.
Thapsia. Aui. apposita, ita, vt nõ dimittatur per horam.
Vitis alba. Mes. cocta cum oleo, aufert occultationes sanguinis.

Sanguini mortuo & coagulato in cute.

Aqua maris. Auicenna.
Arsenicum. Almansor.
Axungia. Plinius. 28.
Bdelliũ. Sera. fm Humaym. Aui.
Calamus aromaticus. Auicen.
Lithargyrus. Aui. proprie ablut⁹.
Lupinus. Auicenna.
Maiorana. Serap. secundũ Eben Mes. succus linitus, cõfert liuori sanguinis mortui.
Markasita. Serap. fm Dioscoridẽ, cum resina pini, resoluit sanguinem coagulatum.
Pultes. Plinius. 22. cum sapa.
Sanguis. Auic. leporis & hirci.
Sanguisuga. Haliabas. appositio eius ad locum.
Saliua. Serap. fm Galenum, sumptum, abstergit sanguinẽ mortuum sub cute.
Silphium. Plinius. 22.
Sinapis. Auicenna.
Sisamum. Auicenna.
Thymus. Serap. fm Diosc. cũ aceto, resoluit sanguinẽ coagulatũ.

Cicatricibus fœdis.

Adeps. Serap. fm Diosc. asini inducit cicatricibus colorem corporis vt dicitur.
Albumen oui. Plinius. 21.
Anguis. Plin. trigesimo, senecta eius cocta in vino.
Apium raninum. Plinius. 25.
Aqua casei. Auicenna.
Aries. Plin. 30. pulmo eius.
Aristolochia. Thessalus. vnguentum ex folijs.
Axungia. Plinius. 28. cum cerusa vel spuma argenti.
Columbus. Plinius trigesimo, fimus eius cum melle.
Cucumer asininus. Plin. trigesimo, radix. Mesue. puluis radicis attenuat cicatrices fœdas.
Edera. Plinius. 24. succus eius.
Xhameleonta nigra. Serap. cum sulphure vel vnguentis corrodentibus.
Xerua. Sera. fm Diosc. oleũ eius cicatricibus remanẽtibus post consolidationem clauorum.
Lac. Auicen. linitum, & aqua lactis vel casei.
Lacerta. Pli. xx. viridis combusta.
Lithargyrus. Serap. secundũ Dioscoridem, ablutus dealbatus, emendat cicatrices turpes.
Lupini. Plin. 22. in aceto cocti.
Menta. Plinius vigesimo.
Mus. Plinius trigesimo, cinis syluestris cum melle.
Omphacium vuæ. Plin. 23.
Orobus. Auicenna.
Raphanus. Plinius vigesimo.
Ruta. Plinius vigesimo.
Spuma argenti. Plinius. 23.
Taurus. Kiran. fel cum testa oui solutum illinitum.
Tithymalus. Plin. xx. inunctus.
Vitis alba. Plin. vigesimotertio, radix cum oleo cocta.

Panno faciei.

Adeps. Auicenna. viperæ asini syluestris anatis.
Althæa. Plinius vigesimo.
Amygdala. Auicenna. amara & radix eius.
Amylũ. Aui. cũ croco suppositũ.
Anagallys. Thes. medicamẽ eius cum melle.
Andacoca syluestris. Serap. secundum Diosc. cum melle. Auicen. syluestris & domestica.
Aqua casei. Auicenna.
Aqua ros. Cir. pannum subtiliat.
Aristolochia. Thes. vnguentum factum ex folijs.
Asphodelus. Plinius. 22.
Atriplex. Plinius vigesimo.
Balsamus. Auicenna.
Batheca. Aui. intrinsecũ eius.
Ben. Auicenna. semen.
Borax. Cir. cũ aqua ros. pannũ remouet maxime q fit post partũ.
Bucormarien. Auicen. radix.
Bulbus. Al. Aui. linitus in sole.
Cancer. Auicẽna. fluuialis & marinus vstus.
Caulis. Sera. fm Gal. semen eius.
Cyclamen. Auicenna. radix.
Cinnamomum. Aui. cum aceto.
Citrum. Aui. acetositas eius.
Coriandrum. Plin. vigesimo.
Costus. Aui. cum aqua & melle.
Cucumer asininus. Plinius. xx.
Cussus. Serap. secundum Diosc. emplastrum cum vino.
Crocus hortensis. Auicen.
Draganthũ. Circ. cũ aqua rosata.
Elaterium. Cir. elaterij drac. ij. cerussę drac. j. cãphoræ drach. s. cum aceto in mortario plũbi in modum vnguẽti cõficiatur cũ pistello plũbi, & in vase vitreo per. xv. dies reseruetur, & iterũ pdicto modo in eodẽ mortario teratur cum aceto, & cũ durum fit, facies vngatur. omnẽ enim abstergit pannum & lẽtigines.
Elleborus niger. Mes. cum aceto fricatus.
Epar capræ. Auic. aqua potata & comesta, & vaporatio eius.
Faba.
Fœnugrecum.
Granum viride. Auicenna.
Heliotropia. Plinius. 22.
Herbum. Auicenna.
Ieusemin. Serapio fm Diosc. folia

humida & sicca auferunt.
Indicum. Auicenna.
Laurus. Circ. puluis bacarũ mundatarum cũ melle misceatur, & facies liniatur, confert multum ad pannũ superfluum remouendũ. q si acciderit post partũ, puluis p̃dictus cõficiatur cũ melle.
Lepus. Aui. sanguis eius calidus, & similiter leporis marini.
Lana. Aui. Serap. fm Galenum.
Lilium. Auicen. proprie radix.
Litium. Alman. Serap. fm Galenum. Auicenna.
Lithargyrus. Auic. Circainstans. cum pinguedine gallinæ vel anseris, & oleo rosato.
Luf. Aui. radix crispę cum melle. Mes. vtraq species cũ melle de(let.
Lupinus. Auicenna.
Malua. Plinius vigesimo.
Mandragora. Auicen. lac eius.
Mel. Aui. cum costo. Circainst. cũ camphorę drach. j. nitri drach. iij. vel cum felle tauri.
Myrtus. Auicenna. cinis eius.
Narcissus. Aui. radix cum aceto.
Nasturtium. Plinius vigesimo.

Oleũ
- Cucumeris asinini. Mesu. duodecimo antidota.
- De cerussa. Mes. ibidem.
- Grani viridis. Auicen.
- De kerua. Auicenna.
- Amygdalarum amararũ. Mes. xij. anti. Auic. cum melle & radice lilij cum cera liquefacta.

Ordeum. Auic. epithematum.
Ouum. Auicẽna. vitellus assatus cum melle.
Persicaria. Auicenna. recens trita cum semine.
Raphanus. Auicenna. semen.
Reubarbarum. Auicenna. cum aceto linitum.
Sal. Auicen. cũ vrina infantis.
Sal armoniacum. Cir. cum medietate eius de cãphora, cum aqua rosata multoties conditũ & exiccatum soli per. iij. aut. iiij. dies. & ex hoc vngat facies, quia pannum remouet faciei.
Saliua. Auicen. Serap. secundum Galenum, sputum.
Sãbacus. Aui. humidus & siccus.
Sanguis. Auicenna. leporis & vespertilionis.
Semen lini. Serap. secundũ Dios. cum ficubus & nitro.
Serpentaria. Circ. puluis radicis cum cerussa & aquę ros.
Sicla. Aui. emplastrũ foliorum.
Spuma maris. Auicenna.
Scamonea. Auicenna.
Stercus. Auic. locustarum, turdorum, lacerti, & stellionis, & hoc expertum est.
Thapsia. Auicenna. applicata, ita q parum dimittatur.
Testa. Auicen. cancri marini.
Vitis syluestris. Auicenna.
Vitis alba. Aui. radix cum orobo & fœnugræco. Serap. fm Dios. similiter. Mes. radix & succus ei[9] abstergit cum farina ciceris & fabarum.
Yreos. Auicenna. radix cũ æqualiquantitate ellebori, vel sola sumpta, purgat.
Zinziber caninum. Auicenna. recens cum semine.

Lentiginibus.

A. DEPS. PLI. 29. & 30. gallinæ, cum cepe trita varios curat.
Agnus castus. Plinius vigesimoquarto, cum aceto & nitro.
Alcyonium. Plin. 32. vstum cum lupino & sulphure.
Allium. Plinius vigesimo, vstum cum oleo & garo.
Althæa. Haliabas.
Amygdala amara. Isa. Hali. Sera. secundum Gal. abstergit lentigines, & radix arboris cocta apposita, aufert eas. Secũdum Dios. oleum eius aufert eas. Auicenna, radix & oleum.
Ancusa. Plinius vigesimosecundo, cum aceto.
Anguis. Plinius vigesimonono, comesta sicut anguilla.
Apium. Macer. appositum.
Aron. Plinius. 24. cum melle.
Been. Serap. fm Gal. gramẽ eius succus granorum. Mes. oleum eius. Auicenna. semen.
Bombyx. Serap. secundũ Albasari, oleum seminis eius.
Bulbus. Plinius vigesimo. Serap. secũdum Dios. cum vitello oui. Ignotus, cum melle.
Cancer marinus vstus. Serap. secũdum Galenum. Hali. cortex. vsta. Auicenna similiter.
Caprificus. Plinius vigesimotertio, succus & frondes.
Caulis. Serap. fm Gal. semen.
Chelidonia. Haliab. cũ aceto.
Cepe. Haliab. cum aceto.
Cyclamen. Serap. secũdum Gal. semen. Haliab. radix.
Cicer. Auicenna.
Cinnamomum. Serap. secũdum Dios. cum melle linitum. Auic. cum aceto. Macer similiter.
Cyminum. Plinius vigesimo, syluestre cum aceto.
Ciperi. Macer. succus cum oleo.
Citrum. Isaac. acetositas eius.
Citrinum vnguentum. Nic. lentigines destruit.
Condysi. Haliabas.
Columbus. Kiran. stercus eius cum aceto.
Costus. Haliab. cum melle applicatus. Macer similiter.
Elaterium. Cir. cũ cerussa & cãphora, vt in precedenti tabula scribitur.
Elleborus. Mes. albus. Haliabas. albus & niger cum aceto.
Eruca. Pliu. xx. cum aceto. Serap. secundum Eben Mesue, succus aut semen cum melle. Auicen. cum melle. Macer similiter.
Erion. i. cresson. Pli. 22. linitum.
Faba. Isaac. Aui. Haliab.
Fœnugræcũ. Pli. 24. cum ęquali pondere sulphuris fricata prius cute cum nitro.
Fungi. Plinius. 22. galbanum. Auicen. eradicat.
Gith. Plinius. xx. cum aceto.
Iabrol, id est mandragora. Auicẽna. lac eius.
Kirides. Cir. cõbusti cum melle.
Lac. Pliu. xxx. caninum prius puncta cute cum acu.
Laurus. Pli. 23. baca ei[9] cũ oleo.
Lepus. Haliab. sanguis eius calidus. Sextus similiter.
Licium. Circ. cum ęquali quantitate cerussę linitum.
Lilium. Auicen. proprie radix.
Lithargyrus. Serap. fm Dios. ablutum & dealbatum.
Locusta. Plin. trigesimo, pedes trĩti cum seuo hirci varos sanat, id est species lentiginis
Luf. Auicenna. radix crispæ, proprie cum melle.
Lupinus. Plinius. 22. Haliabas.
Malua. Hal. semina maioris & minoris.
Mel. Isaac.
Markasita. Auicenna. cum aceto. Serapio similiter.
Melon. Haliabas. semina.

Mezereon

Mezereon. Aui. linita,& quãdoq; admiſcetur ſulphure.
Myaces ſpecies conchyliorũ. Pli. 32. cinis eorum.
Myrtus. Plin. 23. folia. Haliabas. ſeminis cataplaſma.
Nigella. Circ. vnguentũ ex decoctióe ei⁹ cũ aceto & oleo nucũ.
Nitrum. Plinius. 31. cum oleo.
Nux muſcata. Aui. Serap. ſm Iſa.
Oleũ De been. Meſ. xij. antido. De ceraſis. Meſ. ibidem. De amygdalis. Serapio. De kerua. Auicenna. De balſamo. Plinius. 23.
Orobus. Iſaac. cũ melle. Serapio ſm Dioſ. ſimiliter. Auicenna.
Oua. Hali. cataplaſma corticum cum ſemine melonis.
Pepones. Gal. ſecundo alimentorum, ipſi & ſemina eorum.
Pes columbinus. Colliget.
Perſicaria. Auicenna. recens cum ſemine trita.
Platanus. Plinius. 24. ſemẽ cum aceto & melle.
Raphanus. Sera. ſm Gal. Aui. ſemen. Hal. cataplaſma cũ aceto.
Rizum. Iſaac. cum ipſo vel aqua eius linire,& cito mundat cutẽ.
Roſmarinus. Plinius. 24.
Saliua. Aui. Sera. ſm Gal: ſputũ.
Sepia. Pli. 32. os eius combuſtũ.
Serpyllum. Ignotus.
Serpens. Plin. vigeſimonono, ſpolium eius potatum.
Serpentaria. Meſ. vtraque ſpecies cum melle delet.
Spuma maris. Serap. ſm Dioſ. prima & ſecunda eius ſpecies.
Stercus. Serap. ſm Gal. ſtellionis. Aui. ſimiliter. Hali. paſſerũ merulorum comedentium rizum cum aceto linitum.
Thapſia. Serap. ſm Gal. cum olibano & mum. Hali. non dimittatur niſi per horam vnam.
Taurus. Kiran. fel cum aceto.
Tithymal⁹. Pli. 26. vnctio ex eo.
Triticum. Plin. vigeſimoſecũdo, farina cum aceto & melle.
Vitis agreſtis. Gal. vj. ſimpliciũ, vua eius. Serap. ſm Gal. racemi & ſummitates. Auicenna.
Vitis alba. Pli. 23. radix. Kiran. cum fœnugræco & orobo.
Vnguentũ alharich. Meſ. xj. anti.
Vrina. Serap. ſm Galenum.
Yreos. Aui. radix eius cum tanto elleboro, vel ſola purgat. Mac. cũ iij. parte ellebori & melle linita.
Yrcus. Plinius. 28. fel cum caſeo ſulphure viuo,& cinere ſpõgiæ. Itẽ ſeuum eius cũ melancio, ſulphure,& iride, efficax eſt.
Zinziber caninum. Auicenna, recens cum ſemine.

Inducentia morpheam.

ANACARDI. Serapio ſecundũ aliquos baras commouet.
Carnes vaccinæ. Auicenna.
Lentes. Iſaac. cum cortice in complexione ſicca, nigram generat.

Albaras, & morpheæ conferentia.

ACETOSA. AVI. cocta cum vino.
Acorus. Auicẽ. confert morpheæ & albaras.
Agaricum. Circ. cum ſole vſto & cartamo fricato prius loco.
Allium. Aui. cinis cum melle. Serap. ſm Dio. ſimiliter morpheę. Cir. locus morpheę ſcarificatus fricetẽ cum eo & cataplaſmetur.
Alkanna. Cir. cũ alumine, oui,& aceto, linita morphea prius lóta cũ oleo,& ſępe remoueatur, & lauetur.
Alkali. Serap. morpheæ. Aui. ſilr.
Alkekelengi maius. Auic. v. quarti. Serapio octauo antidota.
Althæa. Serapio ſm Galenũ. Auicen. cum aceto,& ſtet in ſole,& ſemen eius eſt fortius.
Ameos. Aui. Sera. ſm Eben Meſ. cum medicinis cõpetentibus linitum, morpheam abſtergit.
Anacardi. Aui. auferunt albaras. Cir. ſuccus eius cum ſaluia, abſinthio,& interioribus colocynthidos, morpheæ.
Anacardinum minus. Diuiſiões antidota. in paralyſi.
Apium raninũ. Aui. folia recẽtia.
Aqua ſulphurea. Auicenna. morpheæ & albaras valet.
Ariſtolochia. Aui. morpheę valz. Theſſalus. vnguentũ ex ſucco.
Aſphodelus. Serap. ſm Dio. radix linita poſt fricationẽ in ſole, cõfert morpheæ albę. Auic. proprie cinis radicis,& ſtet in ſole. Cir. ſuccus radicis cum apibus cõbuſtis, morpheæ valet.
Batheca. Aui. quod eſt interi⁹ ei⁹.
Been. Serap. ſecundum Dioſ. grana eius cum aceto, morpheę valent. ſecundum Gal. ſuccus granorum. Meſ. oleum. Aui. ſemẽ.
Bulbus. Serap. ſecundum Dioſc. cum euphorbio, morpheæ.
Bleta. Serapio ſecundum Dioſc. emplaſtrũ morpheæ prius ablutæ cum nitro.
Chamęleõ. Aui. linit⁹ morpheę.
Candarel ſpecies quędã endiuię. Sera. ſm Dioſ. herba & radix trita cũ melle factis trochiſcis, poſtea diſſolutis cũ aqua & nitro.
Cancer vſtus. Serap. ſm Galenũ, marinus confert morpheę. Auicenna. fluuialis.
Cantharides. Al. Aui. emplaſtrũ cũ aceto, albaras & morpheę.
Cappares. Serapio ſm Gal. radix cum aceto, morpheę cõfert. ſm Dioſ. in morphea alba. Hali. folia emplaſtrata optime valent.
Gaules. Serap. ſuccus cũ vitriolo & aceto, ad albaras.
Caquelenegũ confectio. Haliab. ſexto antidotarij.
Cepe. Serap. ſm Gal. cũ aceto fricata, aufert morpheã. ſm Dioſ. ſimiliter, ſed fricetẽ in ſole. Auic. ſemen. Hali. cũ melle in nigra.
Cypreſſus. Aui. folia, morpheæ.
Citrum. Auicen. cortex vſta.
Cochleę. Serap. ſm Dioſc. cõbuſtæ, morpheæ conferunt.
Colla piſcium. Aui. Sera. ſm Paulũ, in medicinis albaras cõfert.
Colocynthis. Meſ. cum aceto forti fricata morphea ſanat eam.
Colũbus. Kiranides. fumus eius cum cedria.
Condyſi. Auicen. nigræ confert. Haliabas ſimiliter.
Cõfec. Hamech. ij. Meſ. iij. anti. Anacardina. Meſ. in cura defectus memoriæ. Bederauilia. Auicen. iij. quarti, in cura lepræ. De allijs. Auicenna quinto quinti.
Coruus. Kiran. fimus eius ſuffumigatus in morphea alba.
Cucumer aſininus. Sera. ſm Dio. puluis radicis morpheę cõfert. Meſue. fricatio radicis cũ aceto forti, aufert morpheam.
Crocus hortenſis. Aui. Haliabas. radix cum aceto.
Elleborus. Serapio ſm Gal. morpheæ cõfert. ſm Dioſ. niger ſol⁹

emplastratus, vel cũ aceto. Mesue. niger remouet morpheã & albaras secundũ omnẽ modum administrationis ipsius. Aui. albus & niger cũ aceto. Halia. si. Eruca. Haliab. semen cum aceto, morpheæ nigræ.
Faba. Auicenna. morpheæ faciei proprie cum cortice.
Ficus. Serap. sm Diosc. folia ficus nigrę emplastrata, morpheæ cõfert. Aui. ficus imaturę & folia.
Granum nil. Aui. morpheæ albę.
Gẽtiana. Aui. succus proprie morpheæ. Serap. sm Diosc. radix delet morpheam albam.
Herbum. Aui. morpheæ confert.
Homo. Auicenna. sperma eius.
Iabroh. i. mandragora. Auicẽna.
Indicum. Auicenna.
Infusio aloes. Serap. z z. antido.
Chameleõta nigra. Serapio sm Diosc. cum sulphure, vel mista cum vnguentis corrodentibus, morpheæ confert.
Lapis lazuli. Sera. cum aceto, baras & morpheam curat. Mesue. morpheæ nigræ.
Lactuca asini. Gal. vj. Auicenna. cum aceto linita.
Laurus. Aui. cum vino, morpheę confert. Serap. sm Diosc. grana eius cũ vino, morpheã aufert.
Lepus. Serap. sanguis calidus linitus, morpheã mundat. Auic. leporis marini. Hali. similiter.
Lolium. Auicen. cum sulphure.
Luf. Auicẽ. cum melle. Serap. sm Diosc. & Galenum, cum aceto linitum, eradicat baras.
Lupinus. Col. Aui. decoctio albaras cõfert. Hal. morpheę nigrę.
Maluauiscus. Almansor.
Mandragora. Aui. foliorum eius fricatio per hebdomadã delet albaras absq; vlcere. Serap. secundum Dioscoridem, similiter.
Markasita. Serapio secundum aliquos, cum aceto, baras & morpheam abstergit. Aui. similiter.
Margaritæ. Serapio. dissolutæ auferunt baras statim.
Melonis semina. Haliabas.
Mezereon. Auic. exterius. Mes. fit linimentũ cũ sulphure, melle, & aceto forti ad morpheã & baras.
Napellus Moysi. Auicenna.
Narcissus. Aui. radix cum aceto.
Nenufar. Serap. sm Galenum & Diosc. semen & radix cum aqua, morpheæ albę. Aui. cũ aq; pota, morpheę pprie nigrę cõfert.
Nigella. Auicenna. morpheæ & albaras proprie.
Nitrum. Serap. sm Gal. ponitur in medicinis morpheæ.
Oleũ raphani. Nic. morpheę valz.
Oleum de been. Mes. xij. antido.
Offa combusta. Serapio sm Gal. ex calcaneo porci emplm, aufert baras. & Auic. similiter.
Ostraca. Aui. omnes eorum cortices cõbustę morpheæ cõferũt.
Pepones. Gal. secundo alimentorum, ipsi & eorum semina.
Pellicanus. Kir. fel eius cum nitro, morpheæ nigrę confert.
Pes columbinus. Colliget.
Petroselinum. Isaac.

Pilulæ
- De colocynthide. Mesue. decimo antidota.
- Indæ. Mes. ibidẽ, & in cura sodæ melancholicæ.
- Fœtidę maiores. Mes. ibidem, & in cu. neruorũ.
- Auicen. x. quinti.
- Serapionis. Mesue. in cura epilepsię.
- Albarich. Aui. ix. quinti.
- Bucharę. Aui. ix. quinti.

Piper. Serap. secũdum Diosc. cum nitro. Auicenna similiter.
Pix. Colliget.
Raphanus. Auic. cum cõdysi, remouet nigrã, proprie in balneo. Hali. cũ aceto, morphee nigræ.
Rosmarinus. Serap. sm Diosc. cũ aceto fortissimo, morpheę.
Rubea. Sera. sm Gal. cum aceto, morpheę albę confert. Aui. si.
Ruta. Auicen. cum nitro. Serap. sm Dio. fricatio cũ nitro, aufert albam morpheam.
Sal armoniacum. Circainst. cum sapone fricetur morphea prius loco scarificato.
Serpentaria. Mes. vtraque species cum melle, delet morpheã. Haliabas. cum aceto.
Sulphur. Serap. sm Dio. cũ resina pini & aceto, morpheã aufert. Aui. proprie viuũ cum aceto.
Scamonea. Aui. Serap. secundum Paulum, mundificat baras.
Seytarag. Serap. secundũ Diosc. linita ad baras confert.
Spuma maris. Alman. Auic. vsta. Serapio secundum Galenum, duæ species cõferunt. Secũdũ Diosc. si, ad baras & morpheã.
Spuma nitri. Sera. sm Gal. miscetur medicinis ad morpheam.
Squinanthum. Serap. sm Habyx, oleum eius, valet ad baras.
Stercus. Auicẽ. locustarum, morpheæ valet. Serap. sm Gal. turdorum, lacerti, & stellionis, morpheæ confert. Haliab. merulorum comedentium rizum cum aceto, morpheæ albæ.
Thapsia. Halia. cum aceto apposita in morphea alba.
Theodoricõ nucis muscatæ. Auicenna secundo quinti.
Thyrus. Haliab. carnium eius comestio defendit.
Theriaca maior. Auicen. primo quinti. Haliab. v. antidota.
Nitrum. Circ. morpheæ cum flore myrti, & oleo rosato, & capitello precedẽte scarificatione.
Vimus. Auicen. cortex humida cum aceto ad baras.
Vnguẽtũ alcharich. Mes. xj. anti.
Vrina. Auicenna. cum aqua acetosæ & nitro.

Yera
- Hippocratis. Aui. ij. qnti.
- Rufini. Nicol. vtranque morpheam curat.
- Logodion. Aui. ij. v. Sera. ix. antido. Hali. vij. anti.

Yrundo. Kir. fimus eius cum felle capræ, morpheę nigræ.
Ziniar. Serap. sm Diosc. cum glutine albotin, ære vsto, & nitro, aufert baras. Aui. cum aceto.

Impetigini, Serpigini, & Nomis secundum plurimum.

ACETVM Auic. mistum. Serap. secundum Diosc. mistum cũ aliquibus conuenientibus.
Acetosa. Auicenna. cocta cũ aceto. Serapio secundum Dioscoridem, similiter.
Asphodelus. Cir. succ⁹ radicis cũ apibus combustis. Aui. proprie cinis radicum, serpigini.
Allium. Auicenna. cinis cum melle. Serapio secundum Dioscoridem similiter.
Alumen. Plinius vigesimoquinto, cum sale, valet nomis.
Amygdala amara. Auicena. cum aceto & vino.
Amurca oliuarum. Plinius vigesimotertio, nomis valet.
Anacardus, Cir, cũ auripigmẽto loco

loco loto prius applicetur & cito remoueatꝰ, & lauetur, & hoc sæpe fiat.

Anagallys. Pli. z 6. nomis valet.

Aper. Pli. z 8. fel eius cum resina & cerussa, & cinis maxillæ eius, vel suis.

Apium. Auicen. syluestre.

Aqua. Auicenna. maris & balneū aquæ sulphureæ.

Aqua casei. Serap. fm Gal. Diuisiones. Mesue. aqua lactis.

Assa. Auicenna. Serap. secundum Diosc. cum aceto.

Aurum. Aui. serpigini.

Aizoon. Plin. z 6. succus nomis.

Been. Serap. secundum Gal. granum eius cum aceto.

Bitumen indicum. Aui. linitum.

Bulbus. Serapio secundū Diosc. cum aceto linitus.

Butyrum. Alman. crudum.

Bleta. Serapio secundum librum agriculturæ linita.

Brassica. Plin. xx. syluestris, impetigini & serpigini valet.

Chamæleon. Auicen. linita.

Chamęleōta nigra. Ser. fm Diosc. radix cum sulphure & asphalto cocta in aceto, & linita, vel mista cum sulphure solo, vel mista vnguentis corrodentibus.

Cancer. Serap. secūdum Galenū, marinus vstus.

Chantharides. Aui. linitæ. Serap. secundū Diosc. miscentur in medicinis impetiginis malæ.

Cappares. Halia. folia emplastrata optime valent.

Caprificus. Plin. vigesimotertio, hyberna in aceto trita.

